**Dubitat** ſi cor pus viuat an ipm poſt generet alia membra. ℂ R̃ñdet q nec cor nec ſpũs cordis.ſed a ſpũ gignitiuo. Probat.q2 ſi a corde vel a ſpũ cordis:tunc aliqd mẽbrum ſpermaticũ deperditũ poſſet regenerari. 2°nullus ſpũs eſt bonus pro generatiõe niſi pus dearticulet in teſticulis tenendo opinionem Ariſto. ℂ Ad rõnes negat.imo in corde oẽs operationes fiunt ex ſuo ſpiritu.vel illo cõceſſo dicendũ q ſpũs gignitiuus generat ſibi ſpũm nãlem.quo mediante nutrit in tẽpore quo nõdum generatũ eſt epar. ℂ Ad 2ᵘᵐ ſimiliter de ſpiritu aĩali. ℂ Ad 3ᵘᵐ negat.q2 nõ dicunt aliqua vnum numero:niſi q2 habent vnam formaz ſubãlez:nõ q2 ſint ſub vna quãtitate. ℂ Ad 4ᵘᵐ de parte formali ⁊c.multa erãt in ſcripto de quo hec breuia ⁊ vtiliora collecta ſũt. ℂ Ad 5ᵘᵐ dico q fetus non ſtatim anhelat.

ℂ Explicit ſubtiliſſima expoſitio ſup caplo de generatiõe embrionis.tertu can.fen.21.Auic.ſm excel^mũ Thomam del Garbo de Florentia olim famoſiſſimi Dini filium diligentiſſime emendata impreſſaq3 ⁊c.

Finis.



Uriach

¶ Scriptum Dini ſuper libro de natura fetus Hypo.

Si ſpma ab vtriſq; permāſerit in matrice ⁊c̃. Sicut ſcribitur a pħo in pn̄°. 4. politicorū. In oib° artibus ⁊ ſcientijs his q̄ nō ſm̄ particulā fiunt: ſed circa vnū aliqđ gen° pfectis exiſtētibus vni° eſt ꝯſiderare qđ cōgruit circa vnūquodq; gen° ⁊c̃. In qb° ꝗdē verbis duo p ordinē tāgunť q ad eē cuiuſcūq; ſcie bene tradite reqrunť. Nā p̄ in verbis ꝓpoſitis oſtendiť qđ facit aliquā ſciam eſſe vnam. 2° ſubiungit quid ipſam cōpletā ⁊ perfectā reddit. Primū tāgit cū dicit. (In oibus actib° ⁊ ſcientijs que nō ſm̄ particulā fiūt: ſed circa aliqđ vnū gen° ⁊c̃.) 2m tangit cum dicit. (Perfectis exiſtētibus vnius eſt cōſiderare qđ cōgruit.) ¶ Sʒ ꝑpter p̄mi euidentiā aduertendū ꝙ vnitas ſcie ex vnitate ſubiecti accipiť. Cuius rō eſt. qꝛ ꝓportionaliter cōparatur ſcia ad ſubʒ: ſic pō ad obm̄. Nā ſicut potētia ſenſitiua eſt illud per qđ fit cognitio obiecti ſenſibilis: ſic ⁊ ſcia eſt illud per qđ fit cognitio rei ſcibilis. nō eodē modo ſed ꝓportionaliter. Nūc aūt potētia ita ſe hʒ ad obm̄ ꝙ diſtinguitur ⁊ limitať ſm̄ diſtinctionē obiecti. ⁊ ideo pħs 2° de aia: ex diſtinctiōe obiectoꝝ inueſtigat diſtinctionē actuū: ⁊ ex diſtinctiōe actuū diſtinctionē potētiaꝝ tā paſſiuaꝝ q̄ actiuarū. Scia ergo vnitatē ⁊ diſtinctionē ſuā recipit ex diſtinctiōe ⁊ vnitate ꝓprij obiecti. ¶ Sʒ aduertēdū ꝙ hͤ vnitas quā ſcia recipit ab obiecto nō eſt ſemꝑ vnitas ſpecifica. nec opʒ ꝙ ſit vnitas numeralis: ſed ſufficit ꝙ ſit vnitas ſʒ genus vel analogice: vt apparet. 4. meta. Nā ſicut potētia viſiua nō diciť vna ab vnitate ſpērum coloris vel plures a pluralitate earū: ſed dicitur vna ab vnitate viſibilis de ſe que ē vnitas generis. ſic ⁊ ſcia diciť vna ab vnitate generis ſubiecti. vt p̄mo poſterioꝝ diciť. ⁊ adhuc aduertens pħs in auc̃te ꝓpoſita dixit. ſed circa aliqđ vnū genus: ⁊ hͤ de parte p̄ma. ¶ Sc̄do tangit pħs id qđ facit ad perfectionē artis: ⁊ hͤ in reliqua parte ꝓpōnis p̄dicte cum dicit. (Perfectis exiſtib° vni° eſt cōſiderare qđ congruit.) Propter qđ ſciendū ꝙ ars ipſa imitať nāʒ: vt ſcribitur 2° phyſi. ⁊ ſicut nā ipſa cognitionē nō habʒ de ſe nec artem: tñ diſtinguiť ab hñte cognitionē ⁊ artē. ſ. ab intelligentijs que agūt per intellectū ⁊ ſubam earū. vt vult Cōmentator. 7. metaph. ſicut ergo nā in ſuis opatiōib° nihil dimittit de eo qđ requiriť ad aiata. vt pʒ i gn̄atiōe aialiū. ⁊ in alijs ei° effectib°. naʒ nā ſemper facit in vnoquoq; qđ eſt optimū. vt dicit Cōment. p̄ celi ⁊ mūdi. ſic ēt ⁊ ars perfecte tradita nihil dʒ dimittere de reqſitis ad ipſam. Ad ſciam aūt in genere cōcurrunt duplicia p̄ncipia. ſ. p̄ncipalia ⁊ ſecundaria. principalia aūt reducunť ad tria. ſ. ad cognitionē cauſarū ſiue p̄ncipioꝝ: ⁊ ad cognitionē obiecti: ⁊ ad cognitionē paſſionū que probanť de obiecto illo per illa p̄ncipia. Et ideo dicebat pħs p̄mo poſterioꝝ. ꝙ oīs demonſtratiua ſcia verſať circa tria. ſ. dignitatē paſſionē ⁊ obm̄ vel ſubm̄. illa vero que ſunt ſc̄daria ſunt ſicut negationes ⁊ p̄uationes ⁊ hͦ: ⁊ hͤ tetigit pħs in 2° parte ꝓpoſitionis cū dixit. (qđ cōgruit) qꝛ hͤ ſunt que ad ſciam requirunť in genere. cuʒ ergo ars medicine ſit perfecte tradita erit vna ab vnitate corporis hūani ſanabilis vel egrotabilis: vt operabile eſt a nobis. Et cōſiderabit ēt iſta tria. ſ. cauſaꝝ ⁊ p̄ncipioꝝ cognitionē ⁊ obm̄ ⁊ ꝓprias paſſiones p̄ncipaliter. ſc̄dario aūt p̄uatiōes ⁊ negatiōes ⁊ corruptiones ⁊ hͦ acc̃ntia in p̄dictis tribus. Hyp. ḡ nobis tradens ſciam medicine quēdā libellū cōſtituit de cōſideratiōe cāuſarum ⁊ p̄ncipioꝝ corporis. ¶ Sed aduertendū ꝙ cōſideratio p̄ncipioꝝ ⁊ cauſaꝝ corporis hūani eſt duplex. nā quedā eſt cōſideratio abſoluta. quedā magis cōtracta. ⁊ iterum quedā eſt cōſideratio p̄ncipioꝝ ꝓpinquoꝝ: ⁊ quedā remotoꝝ magis. Modo cōſideratio p̄ncipioꝝ remotorū corporis hūani ⁊ abſoluta nō tradiť hic. ſed in libello de hūana natura. Nā ibi determinať de corpore humano q̄tū ad eius p̄ncipia remota. puta q̄tū ad ela ⁊ hͦ. ſed cōſideratio de corpore hūano q̄tū ad eius p̄ncipia ꝓpinqua: puta q̄tū ad modū ꝓuentus eius: ⁊ q̄tū ad p̄ncipia imediata eius: que ſunt ſperma ⁊ ſanguis mēſtruus traditur ab Hypo. in hͦ libello: qui intitulať de nā fet°. Et ex dictis pōt apparere: que ſit cā nālis in generali h° libri. qꝛ ē corpus humanū cōſideratū q̄tū ad p̄ncipia imediata generationis eius. ⁊ q̄tū ad modū ꝓuent° eius in vtero mulieris. Et qꝛ de rōne obiecti ſcie eſt vt eſſe diſtictū det ab oibus alijs: ideo ſunt duo vlterius videnda: vt cōplete appareat quid ⁊ q̄uo eſt ſubʒ in hͦ lib. Et p̄mū eſt q̄uo cōſideratio de modo gn̄ationis ⁊ ꝓuentus hoīs hic cōſiderata diſtinguiť a cōſideratiōe pħi nālis: qui ēt de hͦ gn̄atione conſiderat. 2m eſt q̄uo ſciētia hui° libri differt ab alijs ab Hy. traditis. Et gratia h° poniť diſtinctio oīum librorum quos ab Hyp. habem°. De p̄mo dico ꝙ cōſideratio medici deficit in duob° a cōſideratiōe pħi nālis in determinatiōe generationis fetus. p̄mo quidē ex parte rei cōſiderāde. 2° ex parte modi cōſiderandi. ex parte quidē rei conſiderate. nā pħus nālis cōſiderat modū generatiōis magis in vlī q̄ medicus: qꝛ pħs nālis determinat ⁊ ingrit p̄ncipia gn̄ationis oīum aialiū: ⁊ ideo pħs in libello de gnōne aialiū: determinat de gn̄atiōe oīum aīaliū. Sed medicus ſolū cōſiderat genationē corporis hūani: ⁊ eius p̄ncipia. Et rō h° eſt. ſ. q̄re nō cōſiderat gn̄ationē alioꝝ aialiū: qꝛ nulla ſcia tranſcendit ſuū ſubm̄. cū aūt ſolum corpus humanū ſit ſubm̄ artis medicine. iđ ⁊c̃. ¶ Differt 2° cōſideratio medici ⁊ pħi nālis circa gn̄ationē hoīs rōne modi cōſiderandi. qꝛ ad pħm nālem ſpectat conſiderare ꝑꝑ quid ipſius gn̄ationis hoīs: ⁊ ꝑꝑ cāe. ſed ad medicū ſolū cōſiderare hͤ tractare qꝛ: ⁊ vt ſuppoſita a ſcia nāli: ⁊ hͤ de p̄mo. ¶ De ſc̄do. ſ. de diſtinctiōe h° libri ab alijs. ⁊ ordine ipſius ad alios Hypo. qui ſunt apud nos reperti vidēdū eſt. ¶ Propter qđ eſt intelligendū: ꝙ ſicut dicit Cōmē. libri epidimiarū: capl̄m diſtictiōis ⁊ ordinatiōis deficit in libris Hyp. ⁊ cā h° eſt. qꝛ ipſe Hyp. fuit p̄mus inuentor h° artis. qui fuerit apud nos. mō ſicut diciť in 2° de virtutibus nālibus: ipoſſibile eſt eundē incipere ⁊ finire: ⁊ qđ fuerit p̄mus pʒ per Gal. dicentē. 7. de ingenio de Hyp. ꝙ Hypo. tpe p̄or nobis ſemia p̄buit: que bonis indigēt agricolis: qui exſeminēt ea ⁊ augeāt ⁊ cōueniēter conſumant. augeant quidē q̄tū ad explanationē eoꝝ. cōſumant autē q̄tū ad eorū perfectionē ⁊ cōplementū. lʒ tñ Hyp. in ordine defecerit. tñ hoc nō obſtante res ipſe de quib° determinat ordinate ſunt: que ſunt facte a nā: que ordiate agit: vt dictū eſt ſupra. ideo Cōmē. epidimiaꝝ nititur in libellis Hyp. ordinem inuenire: tñ diſtinctio ſua: lʒ poſſit tolerari ne ſecum coincidamus aliter diſtinguem°. diſtinctio ergo libroꝝ Hy. pōt haberi per hunc modū. Nā ſicut apparet per Gal. in tegni. oīs ſcia medi. verſatur circa cognitionem iſtorū triū. ſ. cauſarū corpoꝝ ⁊ ſignoꝝ. ⁊ hͤ pōt eſſe duplr̃. qꝛ vel cōſiderat oīa iſta ſimul vel p̄ticulariter ⁊ diuiſim. ſi ꝯſideret oīa iſta ſimul. hͤ eſt duplr̃. qꝛ vel hoc eſt q̄tū ad modū ſciendi: vel q̄tum ad res ipſas. ſi quātū ad modū ſciendi: ſm̄ quē. ſ. aliquis dʒ ſciam inuenire: ⁊ per ipſam perfici ſic de iſtis determinať in lib. de lege Hypo. in quo poſuit cōditiones requiſitas ad debentē eſſe perfectū in ſcia: ⁊ docet euitare ipedimenta artis. Si vo cōſideretur q̄tū ad res ipſas: puta q̄tū ad oīa illa tria ſimul: ſic habem° libꝝ aſo. in quo tradiť cognitio cauſaꝝ: corporū ⁊ ſignorū: ita ꝙ in ipſo traduntť oīa cōſiderata in ſcia me-

dicine.non tñ ꝯphēdit ipſa oīa ſufficiēter.ſicut liber cañ.
Auic.ſed quidā ſunt de cauſis: quidā de corporib⁹. quidā
de ſignis:ꝛ q̄tū ad hanc gn̄alitatē lib.affo.poſſet dici por
inter libros alios Hyp.Si aūt ſit cōſideratio medici circa
iſta tria diuiſim:ꝛ h̄ eſt triplr̄: qꝛ aut eſt circa corpora:aut
circa ſigna:aut circa cauſas.ſi verſaꝛ̄ circa corpora ſolū: ꝛ
h̄ duplr̄:ſicut duobus modis aliqua inſunt alicui. naꝫ q̄
dam inſunt ſm nām:ꝛ quedā p̄ter nām.illa que inſunt ſꝫ
nām ſunt illa que ingrediunꝛ̄ eſſe ꝛ nām rei: vt p̄ncipalia
ex q̄b⁹ aliquid cōſtat. iſta aūt p̄ncipia corporis hūani ſūt
duplicia.nam quedā ſunt remota vt elīa:quedā vō ꝓpin
qua.q̄tū ad p̄ncipia ſm ſe ꝛ abſolute accepta que remota
ſunt hēmus librū de hūana nā : qui dicıꝛ̄ ēt liber de elīis
Hyp.ſed q̄tuꝫ ad cōſiderationē cauſarū ꝓpinquaꝝ gene
rationiſ hūani corporis hēmus libꝝ iſtū de nā fetus:quē
hēmus pre manib⁹ exponēdū.Si vō cōſiderenꝛ̄ q̄tuꝫ ad
ea que inſunt p̄ter nām.ſ.quātū ad diſpōnes egritudina/
les.qꝛ egritudines ipſe ꝓprie ſunt entia p̄ter nām: ꝛ h̄ cō/
tingit duplr̄. Nā duplices ſunt egritudines.quedā.n.ſunt
cōes pluribus:ꝛ alique ſunt ꝓprie ꝛ diuerſe.ſi cōſiderenꝛ̄
q̄tū ad egritudines cōes h̄ eſt duplr̄.qꝛ quedā cauſanꝛ̄ a
diſpōne aeris que eſt cōis mīrie. Alie vō ex cibo ꝛ potu:q̄
etiā ſunt cōes plurib⁹ egritudinib⁹.q̄tū ad p̄mū habem⁹
librū epidimiarū quē nō habemus totū:vt recitat Cōmē.
eius:ꝛ ipm fuit Cōmētat⁹ Joānes alexādrinus:q̄tū autē
ad 2ᵐ habem⁹ librū de aere ꝛ aqua ꝛ regionib⁹. quātum
vō ad egritudines particulares.nō habem⁹ ab Hypo.ali
quem librū:niſi librū regimis acutoꝝ.ſi aūt verſeꝛ̄ cogni
tio medici circa ſigna tm̄.h̄ eſt triplr̄: ſicut ſigna ſūt tripli
cia.vt apparet in tegni.qꝛ quedā ſunt demōſtratiua:q̄daꝫ
rememoratiua:ꝛ quedā ꝓnoſtica.mō de ſignis demōſtra
tiuis ꝛ rememoratiuis nō habemus aliquē libꝝ ab Hyp.
traditū: q̄tū aūt ad ſigna ꝓnoſtica: h̄ eſt duplr̄:qꝛ vel h̄
eſt per viaꝫ rōcinationis et inueſtigatiōis vel per viaꝫ ex
perientie.ſi p̄mo mō.ſic hēmus librū ꝓnoſticoꝝ.ſi 2ᵒ mō.
ſic habem⁹ librū expimētoꝝ Hyp. de caſſa eburnea.Si
aūt cōſideratio medici verſeꝛ̄ circa cauſas.ſic eſt conſide
ratio debiti modi approximatiōis cāruꝫ ad corp⁹ noſtrū.
ꝛ h̄ eſt duplr̄. vel abˡᵉ. vł nō abſolute.ſi abſolute ſic habe
mus librū de virtutib⁹ farmacoꝝ. ſi nō abſolute ſic habe
mus librū regimis acutoꝝ.ꝛ h̄ terminaꝛ̄ diſtinctio libro/
rū:quos hēmus ab Hyp. Si aūt inueniānꝛ̄ alij libri.dica
tur ꝙ nō ſunt ipſius: ēt dato ꝙ multi alij libri ſibi appro/
prienꝛ̄. Ordo ergo libroꝝ Hyp.eſt hic. qꝛ p̄mus eſt liber
de lege.2ᵘˢ eſt liber affoꝛi. q̄tū ad vnū modū.ſ. inquātuꝫ
eſt cōis ꝛ cōem cōſiderationē cōphendens.ſ.medicine.
3ᵘˢ eſt liber de hūana nā.4ᵘˢ eſt liber de nā pueroꝝ vel fe/
tus. ⁋ Uel ſꝫ aliū modū dicemus ꝙ q̄tū ad modū ge/
nerationis corporis humani liber de nā fetus eſt ſcōus:ꝛ
ſic per ordinē.Ex dictis ergo ſufficiēter pōt apparere que
ſit cā mālis vel ſubm vel obm h⁹ libri : ꝛ diſtinctio eius a
cōſideratiōe phī nālis:ꝛ ordo quē tenet inter libros alios
Hypo.ꝛ diſtinctio inter ipſos. Cā autē formalis ſicut ꝛ in
alijs ē duplex.ſ. forma tractat⁹ ꝛ forma tractādi. Forma
tractatus eſt diuiſio libri in capl'a: ꝛ caploꝝ in partes mi
nutas.Forma tractādi ē modus agēdi quē ſeruat.iſte aūt
eſt aut reſolutiuus:qꝛ ex effectibus notis ad ſenſuꝫ reſol/
uit vſq; ad cās.Cā efficiens fuit Hyp.filius euclidis:ꝛ iſte
edidit plures libros:ꝛ h̄ eſt qui fecit hunc libruꝫ.Cā fina/
lis eſt cognitio modi ſm quē ꝓducıꝛ̄ fet⁹ in vtero mulie/
ris. Titulus libri eſt iſte. Incipit liber de nā fet⁹ vel pue
roꝝ. ⁋ Juxta qō notandū ꝙ nō accipıꝛ̄ h̄ nā pro ꝯne. ſic
aliq̄ accipit Hyp.ꝛ Ga.nec nā pro conſuetudine. nec na
tura p̄ ꝯpōne.nec nā pro natura cōi que eſt vnitas. ſed ac
cipıꝛ̄ hic nā pro via que tendit in nām que eſt ꝓductio fe
tus.vñ expone ſic.incipit liber de nā fetus.i.de mō gene/
rationis ꝛ ꝓuentus corporis hūani. Cui parti phīe ſuppo
natur.dōm ꝙ inq̄tū h̄ cōſideratio ſpectat ad nālē ſuppo/
nitur illi parti phīe cui ſupponıꝛ̄ ſcīa de gn̄atiōe aīalium
.ſ.phīe nāli.inquātū aūt ſpectat ad medicū: dico ꝙ ſuppo
nitur illi parti:cui ſupponıꝛ̄ medicina ipſa.

His viſis veniamus ad formā tractatus:q̄ dicıꝛ̄ di/
uiſio libri. Iſte liber ꝓhemiū nō hꝫ.ſꝫ ſta
tim ꝓſequıꝛ̄ qō intendit.ſ.ad oſtendendū doctrinā gene/
ratiōis fetus.ꝛ qꝛ omne agēs nāle agit in tēpore determi/
nato ſm ꝙ per tp̄s eius operatōes diuerſificanꝛ̄. iō Hyp.
p̄mo oſtēdit que ſunt opationes ꝛ operata ſiue effect⁹ qui
ꝓueniunt in ſpatio ſex dieꝝ in gn̄atiōe fetus. 2ᵒ h̄ oſtēdit
quātū ad tp̄s ſequens ſpatiū ſex dieꝝ.2ᵃ ibi.( Dicā aūt ꝛ
aliam cognitionē.) Prima in duas. qꝛ p̄ oſtēdit que opa/
tiones ꝓueniunt circa p̄ncipiuꝫ. 2ᵒ declaraꝛ̄ h̄ in exēplis
ſenſibilib⁹.2ᵃ ibi.( Caleſit aūt ſicut in calido expīs ) In p̄ᵃ
parte dicit.ꝙ ſi ſperma ſup.deciſum ab vtriſq;.ſ.a maſcu/
lo ꝛ femina. ꝑmanſerit in matrice mulieris. ꝛ per h̄ tāgit
locū cōuenientē generatiōi hūane. dixit aūt mulieris: nō
qꝛ matrix ſit in viris vel in alijs q̄ in mulierib⁹. ſed h̄ di/
xit vt inuat ꝙ matrix approprıaꝛ̄ mulierib⁹:ſicut etiā me
dici aliq̄ dicunt ſpondiles dorſi.nō qꝛ ſpondiles ſint ali/
bi q̄ in dorſo:ſed qꝛ dorſo approprıanꝛ̄. Primuꝫ quidē.i.
p̄.na opatio ipoꝝ:ꝑmiſcenꝛ̄ ſit.i. ſit permixtio illoꝝ adin
uicem.ſ.ſpermatū:tanq̄ ſup.vtroq; ſpermate:nō quieſcē/
te.i.nō hñte quieteꝫ:muliere.i.matrice mulieris.qꝛ conti/
nue agunt ꝛ patiunꝛ̄.ꝛ ſup. 2ᵃ opatio ipſi⁹ in matrice eſt:
ꝙ colligitur:ꝛ ſup. 3ᵃ opatio ipſi⁹ eſt:ꝙ ingroſſaꝛ̄.i.inſpiſ/
ſatur:calefactū.i.qꝛ calefactū eſt. nā de rōne calidi eſt in/
ſpiſſare humidū reſoluendo:vel humidū cū ſicco ꝑmiſcē
do.deīde.ſup.tale ſperma: ſpm̄ facit:ꝛ ſup. talis ſpūs: viā
ſibipſi ꝛ ſm mediū ſpermatis exit ſpūs aut ſit via extra.
ſpiritu exiſtēte calido.caſus ablatiui. vel ſpiritui exiſtēti
calido.caſus datiui. iterū alius ſup.ſpūs frigidus ſpirat a
matrice.ꝛ h̄ facit per totū tp̄s.ſup.gn̄atiōis. ⁋ Circa iſtā
partē ad intellectū lr̄e ſunt quedā notanda: ꝛ p̄mo ꝙ per
h̄ qō Hyp.dicit.ſi ſperma ab vtriſq; ꝛc̄. inſinuat que ſunt
p̄ncipia corporis hūani.nā h̄ ſunt duo.quoꝝ vnū eſt actiū
vt ſperma viri. aliud paſſiuū vt ſanguis mēſtru⁹: qui pōt
dici ſperma largo mō. vt dicıꝛ̄ in q̄ōne. Utruꝫ aūt mulier
hēat ſperma ꝓprie.ꝛ vtrū ſit p̄ncipiū nec̄io requiſituꝫ ad
generatōꝫ apparebit in q̄ōne:tñ ad p̄ſens accipiatis ꝙ ad
generationē fetus requirunꝛ̄ illa tria que hic ponit.ſ.illa
duo ſpermata ꝛ matrix.ꝛ cā iſtoꝝ eſt: qꝛ in omni actōe re
quirıꝛ̄ p̄ncipiū actiuuꝫ ꝛ paſſiuū. Nā ab actiuo p̄n⁹ ꝓfluit
actio ꝛ a paſſiuo recipıꝛ̄ .p̄ncipiū aūt actiuū ē ſperma viri.
p̄ncipiū vō paſſiuuꝫ eſt ſperma femine vt ſupponıꝛ̄ ad p̄/
ſens. Requirıꝛ̄ etiā loc⁹ cōueniens:qꝛ omne generatum
requirit locū ſibi ꝓportionaleꝫ:ꝛ talis locus eſt matrix:iō
notanter dicit permanſerit. qꝛ effectus nāe ſiunt in tp̄e ꝛ
paulatine ꝛ nō ſubito:ꝛ iō opꝫ ipſa ꝑmanere vſq; ad perfe
ctam īpreſſionē agētis in paſſuꝫ. ⁋ Ulterius notādū de
eo qō dicit ꝙ matrix requirıꝛ̄ nec̄io ad generationē hoīs:
qꝛ ſicut apparet per phꝫ p̄ de gn̄atiōe aīaliū. in quibuſdā
aīalib⁹ requirıꝛ̄ matrix ad coꝝ gn̄ationē:in quibuſdā aūt
nō:ſicut.n.diuerſificaꝛ̄ gn̄atio aīalium: ſic ꝛ loca gn̄atōis
ipſoꝝ.aīaliū aūt quedā generanꝛ̄ ex ſemine:quedā ſine ſe
mine:puta ex putrefactōe. mō illa que putrefactiōe gene
ranꝛ̄ nō indiguerūt matrice.ſed ſufficit ꝙ generenꝛ̄ in ter
ra:vel aqua:vel aere:vbi putrefit mā.ſed aīalia gn̄ata ex
ſemine ſunt ꝑfectiora:ꝛ iō indiguerūt loco ꝓprio ꝛ ꝑfecto
qui eſt matrix:ꝛ iſtoꝝ aīaliū que hñt locū ꝓpriū : quedaꝫ
ſunt que ſimplr̄ gn̄anꝛ̄ in matrice: vt aīalia nō ouificantia
ꝛ que generanꝛ̄ in ſeipſis: vt ibi dicıꝛ̄. quedā vō aīalia nō

Fundación Uriach

ſm omnē modū generant̄ in matrice vt aīalia ouificantia. nam iſta aīalia quātū ad ouū generant̄ in matrice: ſed ꝙ̄tum ad perfectionē ⁊ cōplementū generant̄ extra matricem vt aues lacerte ⁊ ſimilia. ¶ Ulterius notandū ꝙ aīaliū habentiū matricē quedā hūt ipſaꝫ inferius vt hō ⁊ hō. quedā ſuperius circa dyafragma vt aues. mō aīalia que aīalificant in ſeipſis hūt matricē inferius vt citiꝰ expellant. ſed aīalia que ouificāt īdiguerūt multa caliditate ad generandū ⁊ durificandū teſtaꝫ oui. ⁊ h̄ ſunt aīalia ouificantia. qꝛ ergo Hyp. intellexit de aīalibus pfectis q̄ generant in ſeipſis. ideo dixit in matrice mulieris. ¶ Ulterius eſt intelligendū ꝙ qñ Hyp. dicit. pmū quidē pmiſcentur ſil. In his verbis tangit pmā operationē que eſt inter ſpermata iniecta in matricē que opatio pma eſt cōmixtio ipſoꝝ adinuiceꝫ. ¶ Sed aduertendū ꝙ duplex ē cōmixtio. nam quedā eſt vera que perducit aliqua ad formam vnā mediā reſultanteꝫ ex cōfractiōe illoꝝ ad minima: ſicut accidit in elīis qñ vēiūt ad mixtionē: ⁊ talis modus mixtionis nō eſt in iſtis ſpermatibꝰ talibus: qꝛ tūc ex ipſis duobus ſpmatibꝰ fieret vnū: qđ eſt falſū. qꝛ ſperma viri nullo mō cedit in nām fetꝰ. vt declarabit̄ in quadaꝫ q̄ōne diffuſe: ad pñs tñ ſupponat̄. Etiā qꝛ nō eſt in iſtis ſpermatibꝰ diuiſio ad minima. qꝛ vbi eſt talis diuiſio requirit̄ aliqđ agens pncipale regulās ⁊ cōmiſcēs ea adinuicē. mō cum ibi nō ſit niſi calidū vtriuſqꝫ: vt dixit Auerr. vel calidū matricis nō talis permixtio ibi nō pōt ineſſe: caliditas. n. matricis nō eſt ad hoc ſufficiēs. qꝛ matrix nō hꝫ virtuteꝫ actiuā. nec eoꝝ propria caliditas: qꝛ idē eſſet agens ⁊ patiens reſpectu eiuſdē. q̄re ⁊c̄. Alia aūt eſt cōmixtio q̄ eſt incluſio aliquoꝝ corpoꝝ: ita ꝙ vnuꝫ circūiacet alteri ſm oēs partes ipſius: ⁊ de hac mixtiōe itelligit Hypo. qñ dixit ꝙ permiſcent̄. Cā aūt hꝰ tradit̄ ab Hypo. cū dixit. tanq̄ nō quieſcente muliere: qꝛ actiuo approximato paſſiuo de neceſſitate ſit actio ⁊ paſſio. cuꝫ ergo ſpma viri ſit actiuū ⁊ ſperma femīe ſit paſſiuū: ⁊ actio ⁊ paſſio corpoꝝ nō fiat niſi per cōtactū: iō opꝫ ꝙ ſe cōtangāt. talis aūt contactus ſimilat̄ mixtioni: ⁊ iō ſimul miſcent̄. ¶ Ulterius ſubdit: calefactū. ¶ Iuxta qđ notanduꝫ ꝙ ex h̄ ꝙ ſpma mulieris eſt calefactū oſtendit̄ cauſa. q̄re eſt ingroſſatū. ¶ Propter qđ ſciendū ꝙ duplicē modū opationis inuenimus in calido. vnus modus eſt ſub rōne qua calefacit abſolute. alius modus eſt: qꝛ operat̄ tanq̄ aliqđ nāle: vt puta inq̄tū hꝫ digerere. mō quātū ad vtrūqꝫ moduꝫ operandi ipſius calidi ipm ſperma calefactū colligit̄ ⁊ ingroſſatur. Primo quidē q̄tū ad pmū modū. qꝛ calidū vñ calidū agens ⁊ humidū ipm reſoluēdo ⁊ relinquēdo ſiccū inſpiſſat ⁊ igroſſat qđ relinquit̄: lꝫ ſubtiliet qđ exalat. Itē qꝛ eſt caliditas nālis hꝫ digerere. digeſtio aūt pcedit inſpiſſando: vt apparet ī Cōmē. 4. regiminis acutoꝝ. iō ⁊c̄. ¶ Et videte vlterius. nā h̄ ſperma eſt triplr calefactum. pmo qꝛ calidū hꝫ a ſe ⁊ ab alio. a ſe quideꝫ. qꝛ ſicut declarabitur infra in ſpiritu qui ab ipſo viro ſeparat̄ eſt calidū quoddā qđ hꝫ digerere: ⁊ iō ingroſſat ⁊ coadunat: ⁊ ex h̄ appet ꝙ h̄ ingroſſatio ⁊ coadunatio nō dꝫ referri: niſi ad ſperma mulieris: qꝛ h̄ eſt qđ recipit actionē ⁊ īſpiſſatiōeꝫ a ſpermate viri: qđ hꝫ calidus ex ſe. Itē ſperma mulieris caliditateꝫ acquirit a matrice: que hꝫ ēt calefacere ⁊ reſoluere: ⁊ per ꝯñs ingroſſare. recipit ergo ſpma mulieris duplicem caliditatē vt dicebat̄. ¶ Subdit vlterius: deinde ſpūm hꝫ ſic expñs in calido. Ex h̄ pōt haberi ordo qui eſt inter ſpermata quo ad opationes eoꝝ. Nā pmo cōmiſcētur. poſtea ingroſſant̄. deinde ſit ibi ſpūs. ¶ Sꝫ eſt itelligendū ne contingat errare ꝙ ſpūs accipit̄ duplr. vno mō pprie. ſ. p calido pprio vitali qui ſoluꝫ reperit̄ in corporibus viuis: ⁊ h̄ mō nō accipit̄ h̄ ſpūs. qꝛ ſpma qđ iacitur in matriceꝫ. hꝫ pmo ſpūm qui hꝫ oēs opatiōes facere vt declarabit̄. Alio mō dicit̄ ſpūs large. ſ. pro omni corpore vaporoſo: ſicut dicimus de omni corpore ſubtiliato: ⁊ h̄ mō omne euaporās qđ ſubtiliat̄ dꝫ reduci ad nām ſpūs. ⁊ ſic accipit̄ hic: qꝛ h̄ ſpermata ppter cōmixtionē ⁊ igroſſationem ipſoꝝ hūt ꝙ ex eis generat̄ talis ſpūs. ⁊ ſubdit cām huiꝰ. ſ. qꝛ ſunt in calido: tuꝫ qꝛ calidū hūt de ſe: tum ēt qꝛ ſunt in calido loco: qꝛ calidū agens in humidū ipm reſoluit: ⁊ ſpūm generat. tunc declarat Hypo. qualr ⁊ quō hoc corpus hꝫ ſpūm. qꝛ ſpūs iſte diſtendit̄ ⁊ frangit̄ ⁊ egreditur. Et tunc accidit ꝙ a mrīce attrahit̄ ſpūs frigidus: quō aūt ſpūs ſit frigidus inſpiratꝰ a matrice in ſperma: ⁊ quis ſpiritus ſit iſte cras oſtendetur. Queſtio.

Circa pdicta emergit qđ triplex. Prima ē. vtꝝ mulier hēat ſpma qđ ſit pnꝰ neceſſario requiſitū ad gnātionē. Scđa qđ eſt. dato ꝙ ipſa hēat ſperma requiſitū ad gnātioneꝫ. vtrum in eo ſit virtus actiua vel paſſiua ſoluꝫ. Tertia qđ erit. vtꝝ ſpma viri igrediat̄ nām fetus. ¶ De pma arguit̄ ꝙ ſic. pmo auctoritatibꝰ. poſtea rōne. auctē p Hypo. hic. Nā dicit. ſi ſperma ab vtriſqꝫ permanſerit ⁊c̄. ¶ Itē auctate Auicē. pmo can. fen pma. cap. de mēbris. ¶ Itē auctē Auicē. 9ᵒ de aīalibus. lꝫ ēt ibi videat̄ in alio loco ppinquo dicere oppoſitū. ¶ Poſtea arguit̄ rōne. qꝛ ſi mulier in ſeipſa pōt gnāre aliquā ſuperfluitateꝫ vltimi alimenti poterit hr̄e humiditatē que erit necīa ad generationē ſaltim vt mā. ſed mulier eſt hō. g̃ ⁊c̄. maior pꝫ. nā ſicut dicit phs pmo de gnātiōe aīaliū. Sperma ē vltimū alimenti diſtributi in pꝛ̄tes. ſi ergo mulier hꝫ hō ſuperfluitatem manifeſtuꝫ eſt ꝙ poterit habere ſperma qđ necīo ad generationē requirit̄. minor declarat̄: qꝛ nō eſt maior rō hꝰ ſuperfluitatis vltimi alimenti in viro q̄ in muliere: ⁊ cū vltimū alimenti purū ſit requiſitū ad generationeꝫ. ideo ⁊c̄. ¶ P̄. ſi in muliere reperit̄ mēbrū qđ eſt pprie factum ad ſpermatis generationē: tūc in ipſo ſpma gnātuꝫ poterit eſſe pncipiū necīo requiſitū ad gnātionē. ſed h̄ ē in mulieribus: ſicut ēt ī viris. iō ⁊c̄. Maior eſt nota. minor declarat̄. qꝛ in mulieribus ſunt teſticuli ſicut in viris: teſticuli aūt ſunt vaſa ſpermatis in quibꝰ cōtinet̄ ſemen in feminis: ſicut ⁊ in viris: q̄re ⁊c̄. ¶ P̄. ſi mulier emittit in coytu humiditatē ſicut ⁊ vir: tūc hꝫ ſperma necīo requiſitum ad gnātioneꝫ ſicut ⁊ vir: ſed h̄ eſt: q̄re ⁊c̄. Maior pꝫ. qꝛ eadē eſt rō in vtroqꝫ q̄tū ad h̄. nam humiditates que hūt ſimilem modū exitus vident̄ eē eiuſdē neceſſitatis. Minor pꝫ. qꝛ ſicut vir emittit ſperma cum delectatiōe ⁊ pulſu: ſic ⁊ mulier. vt pꝫ. ¶ P̄. h̄ declarat̄ per ſigna. nā ſic hoīes in ſōnis ſpmatizāt ſic ⁊ mulieres. ergo ēt ſicut ſperma viri eſt necīum ad gnātionem ſic ⁊ ſperma mulieris. ¶ P̄. ſicut ex retentione ſpermatis in viris ſiunt accidētia peſſima ſic ⁊ in mulieribꝰ. ¶ P̄. ſi ſanguis mēſtruꝰ nō eſt neceſſarius ad generationem niſi pmo ſit cōuerſus in ſperma necīo ſperma mulieris requirit̄ ad gnātionē. ſed ſanguis mēſtruus eſt hō. Ut dicit̄ a phō pmo de gnātiōe aīaliuꝫ. nā ibi dicit̄ ꝙ ſanguis menſtruus dealbat̄: ſicut ⁊ butyruꝫ: ⁊ ſicut lac anteq̄ ſit mā fetus. cum ergo mulier tribuat materiam in generatione. ergo ſperma mulieris neceſſario requirit̄ ad generationē fetus.

Oppoſitum arguit̄. primo auctē Auerr. in 2ᵒ ſui colliget. Dicit. n. ꝙ ſperma iniectū a muliere nō eſt pncipiū. ¶ Itē phs pmo de gnātiōe animalium. Dicit ꝙ nō eſt in mulieribꝰ ſperma neqꝫ eſt neceſſaria gnātioni illa humiditas quā emittūt. ¶ De iſta q̄ōne ſunt multe opiniōes: ſed dimiſſis alioꝝ opionibus ppter breuitatē dicā ſolū opinionē quā credo eſſe veraꝫ pmittendo pmo quid itelligit̄ noīe ſpmatis. ¶ Propter

qđ aduertendū ꝙ ſperma pōt accipi dupliciter. vno mō
large ⁊ cōiter. alio mō ſtricte ⁊ ꝓprie. large qđ dicit̃ de oī
humido hñte albedinē cum viſcoſitate emiſſo cum dele-
ctatione ⁊ pulſu. alio mō pōt accipi magis ſtricte ⁊ ꝓprie.
⁊ ħ mō dicit̃ ſperma ſoluʒ ꝓut ē humiditas que eſt neccīa
in actu gñationis: ita ꝙ nō ſolum hʒ ꝓprietates quatuoꝛ
ꝑdictas. ſ. ꝙ ſit albū ⁊ viſcoſuʒ cum delectatiōe emiſſuʒ ⁊
cum pulſu. ſed ſuper ħ addit. ſ. ꝙ ſit hūiditas apta gñatio-
ni. ⁊ hoc ſcđo mō ſperma ħ dicit̃ de duob⁹ ſꝫm intentionē
Auic. in 9⁰ ⁊ 10. de aīalibus. Naʒ de vno. vt ibi dicit. dicit̃
noīe ⁊ rōne. de alio dicit̃ ſolū noīe: ita ꝙ equiuoce dicitur
de illis duob⁹. Illud aūt de quo dicit̃ noīe ⁊ rōne eſt ſup-
fluitas vltimi alimēti ꝑfecte ⁊ cōplete decocta. Et ꝓpter
eius perfectioneʒ quā ex digeſtiōe acquiſiuit remanet in
ipſo potētia generandi alterū quale illud a quo decidit̃.
⁊ qꝛ talis digeſtio ⁊ ꝑfectio ſolū fit a calido virili i ſua hu-
miditate ⁊ ſuperfluitate vltimi alimēti. non aūt a calido
femelle. ꝓpter eius impotētiaʒ ⁊ ībecillitateʒ: hinc eſt ꝙ
ſperma ꝓprie ⁊ ſtricte acceptū dicit̃ ſoluʒ noīe ⁊ rōne de
ſpermate viri ⁊ nō mulieris. ſed de alio ſpermate. i. hūidi-
tate que ꝑuenit ad aliquā digōnē: non tñ ſic ꝑfectā: nō di-
cit̃ rōne. ſed ſolū noīe. qꝛ talis humiditas mulieris fit de
ſanguine menſtruo vltimiori digōne decocto. Et iō dice-
bat Auic. 10. de aīalib⁹ ſpma in muliere eſt ſanguis men-
ſtruus dealbatus ⁊ biſcoctus. equoce ergo dicit̃ ſpma de
vtroqꝫ. nec eſt inconueniēs. Nam ⁊ menſtruū ēt dicit̃ de
duobus. nā dicit̃ de eo qđ eſt pura ⁊ ꝓpria mā generatio-
nis fetus. ⁊ dicit̃ etiā de omni eo qđ ꝓfluit a matrice. Si
ergo ſanguis menſtruus dicit̃ de iſtis equiuoce: nullū eſt
incōueniēs: ꝙ ēt ſpma equiuoce dicit̃ de illis. ſ. de ſpma-
te viri puro ⁊ perfecto ⁊ de ſpermate mulieris. Et iō dice-
bat phs p̄ de gñatiōe aīaliū. Sūt. n. menſtrua ſpma non
purū ⁊c̄. Et parum infra ſubdit. ſignū aūt: qꝛ in mēſtruis
ſperma eſt ⁊c̄. Quaſi velit dicere ꝙ illud qđ eſt in mulie-
re perfectū ⁊ decoctū pōt dici ſpma. ¶ Viſo ḡ quid noīe
ſpermatis ipoꝛtat̃. dico ad qōnē ꝙ qñ querit̃ vtrū mulier
hēat ſperma qđ ſit neccīo requiſitū ad generationem. aut
tu loqueris de ſpmate large dicto de omni hūiditate. aut
queris de ſpermate ꝓprie dicto ⁊ ſtricte. Si pmo modo
dico ꝙ mulier hʒ ſperma. dico tñ ꝙ id ſperma nō ē neccīo
requiſitū ad generationē. ꝙ. n. hēat taleʒ hūiditatē ſper-
maticā acceptā pmo mō notū eſt de ſe. Et iō pōt in ſōnys
ſpermatizare ſicut ⁊ hō vt arguebat̃ in vna rōne qōnis.
ꝙ aūt ħ hūiditas ſpermatica nō ſit apta ad gñationē: de-
clarat̃ pmo auc̄te phi ſupra dicta. Et ēt Auer. ¶ 2⁰ ħ ap-
paret rōne. qꝛ illa humiditas ſine cuius cōcurſu pōt fieri
generatio nō eſt neccīa ad gñationē. ſed ſine emiſſiōe ⁊ cō-
curſu talis humiditatis emiſſe a muliere cū delectatione
⁊ pulſu pōt mulier ipregnari. ergo talis hūiditas ſperma-
tica mulieris nō eſt neccīa ad generationē. Maioꝛ ꝓpō ap-
paret. qꝛ illud eſt neceſſariū ſine quo res eſſe nō pōt. vt di-
citur. 5. metaph. Minoꝛ declarat̃. Naʒ dicit phs: ⁊ pʒ per
experiētiā ꝙ multe mulieres ipregnate ſunt ſine aliqua
emiſſione ⁊ delectatiōe talis ſpmatice hūiditatis mulie-
ris. ¶ Pꝫ. illa hūiditas que euomit̃ a matrice ⁊ non attra-
bitur ab ea nō eſt neccīa ad gñatione. ſed hūiditas ſperma-
tica mulieris eſt hꝫ. iō ⁊c̄. Maioꝛ appareʒ. qꝛ ad ħ vt gene-
retur aliqđ ex aliquo oʒ ꝙ illud remaneat in matrice. vt
dicit Yppo. in littera. Si ſpma ab vtriuſqꝫ permanſerit
in matrice. Qđ aūt vomit̃ a matrice nō retinet̃ vt notum
eſt. Minoꝛ apparet: qꝛ talis hūiditas expellit̃ verſus ſu-
perius matricis. ¶ Sed ſtati tu dices. dñe dato ꝙ expel-
lat̃ a matrice verſus ſuperius. tñ ipſa attrahit̃ a matrice.
¶ Ad hoc rñdet Ap. ⁊ dicit ꝙ hoc nō valet. qꝛ fruſtra fit
per plura qđ pōt fieri ꝑ paucioꝛa. Si ergo matrix: poſtea
reciperet illam hūiditatē fruſtra pmo illā eyceret: quare
nō valet. ¶ Pꝫ. ſi ħ humiditas ſpmatica mulieris eēt ne-
ceſſaria ad generationē: aut ħ eſſet: qꝛ in ea eſſet virt⁹ acti-
ua vel paſſiua. ſed nulla iſtarū eſt in ea. iō ⁊c̄. ꝙ nullā iſta-
rum hēat declaro. nō. n. hʒ virtutē actiuā. qꝛ tunc mulier
poſſit generare per ſeipam. ſed hoc eſt falſum. vt notū eſt
ad ſenſū. iō ⁊c̄. Ergo etiaʒ ⁊ illud vnde ſequit̃ ꝯña appet.
qꝛ in eā eſt humiditas mālis. ſ. ſanguis mēſtruus: ⁊ per te
etiā eſt iſta virtus actiua: ita ꝙ in femina erit virtus acti-
ua ⁊ paſſiua. ergo poterit fieri gñatio ſine maſculo: qđ eſt
īpoſſibile. ¶ Sed tu ſtatiʒ dices ꝯ iſtā rōnē ꝙ dato ꝙ in
femina ſit virt⁹ actiua: tñ nō pōt fieri generatio: niſi duo
ſpermata: puta maſculi ⁊ femine adinuicē miſceant̃. ⁊ iō
nō ſequit̃ ꝙ ꝓꝑ ħ poſſit fieri generatio per mulierē ſolaʒ.
ſed ħ fuga nō valet. qꝛ ſi fieret generatio ex mixtione ſper-
matuʒ: tunc ſicut arguit Auer. oʒ vt ħ fiat ab aliquo agē-
te ipſa ſpermata permiſcēdo. Illud aūt agens eſt vel ma-
trix vel calidū ipſoꝝ ſpermatū. ſed nō pōt eſſe matrix: qꝛ
matrix ſolū hʒ pncipiuʒ paſſiuū: vt volunt oēs tam medi-
ci q̄ꝫ phi. nec pōt dici ꝙ ħ fiat ab vtroqꝫ: qꝛ ħ nō eſſet: niſi
qꝛ ſperma maris faceret aliqua mēbꝛa ⁊ ſpma femine fa-
ceret aliqua. ħ aūt eſt falſuʒ ⁊ īpoſſibile. qꝛ aīal generatū:
tunc nō eſſet quid vnū in vno pncipio. cum hēat diuerſas
partes ꝓuenientes a diuerſis efficientib⁹. ḡ falſuʒ eſt ⁊ ī-
poſſibile ꝙ ſperma femine hēat virtutē actiuā in gñatio-
ne fetus. ħ tñ magis declarabit̃ in qōne ſequēti. nec pōt
ſperma femie eſſe pncipiū neceſſario requiſitū ad gñatio-
nem fetus tanq̄ꝫ pncipiū paſſiuum. qꝛ ħ nō eſſet: niſi qꝛ ħ
hūiditas ſpermatica eſſet pncipiū vel mā gñatiōis. ſed ħ
eſt ipoſſibile: qđ ſic declaro. qꝛ aut eēt mā ſufficiens gene-
rationis. aut hret ordinē ad gñationis mām. ¶ Si dicas
ꝙ ſit mā ſufficiens gñationis. ergo tūc in gñatione ſuper-
fluit ſanguis menſtruus: qđ eſt falſuʒ. Si aūt ſit mā gene-
rationis: qꝛ hēat oꝛdinē ad generatiōis mām: ħ ēt eſt im-
poſſibile. qꝛ aut ħ eēt. qꝛ tale ſperma cōuerteret̃ in ſangui-
nem menſtruū. aut qꝛ ſanguis mēſtru⁹ cōuerteret̃ in ſper-
ma. ſed nō eſt qꝛ ſperma illud cōuertat̃ in ſanguinē men-
ſtruuʒ: deinde ex eo fiāt mēbꝛa. qꝛ ħ nullus poſuit vnq̄ꝫ.
nec qꝛ ſanguis menſtruus cōuertat̃ in ſperma. qꝛ tunc in
actu emiſſionis emitteret̃ ſanguis menſtruus cū delecta-
tione: qđ eſt falſuʒ. ¶ Pꝫ. ſicut dicit Auer. eadeʒ eſt mā ge-
nerationis ⁊ nutricatiōis. Cui⁹ rō eſt. qꝛ nutricatio ē que-
dam generatio cōiuncta. nec differt a gñatione: niſi ſicut
totū ⁊ pars. ſicut ergo eadē eſt mā totius ⁊ partis: ſic ⁊ ge-
nerationis ⁊ nutricatiōis. Nūc aūt ſanguis eſt ꝓpria mā
nutricationis vt notū eſt. ḡ ſanguis menſtruus erit ꝓpria
mā gñationis ⁊ nō ſperma. appet ergo manifeſte ex dict!
ꝙ ſpma deciſum a femina nō eſt neceſſario requiſituʒ ad
fet⁹ gñationē: ⁊ ħ eſt pncipale ꝓpoſitū declandū. ¶ Sʒ
foꝛte tu dices. dñe ego bene video ꝙ ſpma muliebꝛe non
eſt neceſſario requiſitū ad gñationē. ad quid eſt ḡ facta ħ
humiditas a nā ipſa. ḡ videt̃ eē fruſtra. ¶ Ad hoc dōʒ ꝙ
lʒ nō ſit neceſſario requiſita ad gñationē: hʒ tñ aliqua iu-
uamenta ad gñationē: ita ꝙ ſaltiʒ facit ad bñ eſſe gñatio-
nis. Et hec ſunt q̄tuoꝛ. pmo qꝛ talis ſuperfluitas cōcurrit
tpe delectationis coytus: ſicut ſaliua ꝯcurrit ad os fame-
lici in tpe famis. vñ ſicut in comeſtiōe miſcet̃ ſaliua ꝓpter
maioꝛē delectationē cibi ſtōaco vel oꝛi. ſic in coytu aliqñ
mittit̃ talis humiditas vt fiat delectatio maioꝛ. ⁊ ideo nā
in ħ ꝓuidit mulieri. qꝛ cōceſſit ei teſticulos vt in eis talis
hūiditas generet̃. ¶ Vel dōm ꝙ teſticuli in muliere ſic
ſe habēt: ſicut mamille in viris. ¶ 2⁰ vtilitas hui⁹ hūidi-
tatis eſt: qꝛ ipſa facit ad cōtemperieʒ. Nā ſicut appet per
Auicē. 3⁰ can. fen. 20. In ſpmate hoīs eſt caliditas multa.
vt ergo cōtēperet̃ talis hūiditas ad hoc vt ſit apta ad ge-

nerationem vtilis eſt talis emiſſio ſpermatis mulieris: et q2 non eſt ſemp excedentis caliditatis: iō nō ſemp h hūiditas requirit. ¶ 3ª vtilitas eſt vt ſpma viri facilꝰ attrahatur a matrice. q2 ſperma virile eſt aliqñ nimis aſperū. ſperma vō femine eſt valde liquidū ꝛ lubꝛicum. vt ḡ tale ſperma facilꝰ attrahat a matrice. iō qñq3 emittit. ¶ 4ª vtilitas eſt ad melioꝛē retentioneꝫ ſpmatis virilis in matrice. Nā talis humiditas replēs loca ꝛ ſpacioſitates matricis ꝓhibet motū ſpermatis viri in matrice. Motꝰ aūt eius in matrice ꝓhibet generationē. apparet ergo ꝙ tale ſperma nō eſt fruſtra. tum q2 facit ad delectationē. ꝛ h ꝓpter tria. tum q2 facit ipm roꝛidū. Et iō dicebat Auicē. 4. de aīalibus. ꝙ opꝫ matricē eſſe roꝛidam in pncipio ꝛ ſiccā in fine. tum etiā q2 humiditas illa facit ad delectationeꝫ ſicut ſaliua currens ad os famelici. q2 ſaliua eſt mediū in guſtu. Et etiā q2 talis humiditas eſt mulcebꝛis ꝛ ſuauis: ꝛ ideo in eius emiſſione cauſat delectationē. Et pp h cōtingit ꝙ pueri delectant in emiſſiōe talis humiditatis añq3 ſpmatizent. Eſt vtilis 2° pp tēperieꝫ ſpermatis viri. 3° pp attractionē facilioꝛē ſpmatis virilis. 4° pp eiꝰ retētionē. ¶ Si aūt qō querat vtrū mulier hēat ſpma necio requiſitū ad gnātionē accipiendo large ſpma dico ꝙ ſic. Et rō hꝰ eſt. q2 illud qō hꝫ humiditatē que eſt ſupfluitas vltimi alimēti pura ꝛ digeſta pōt hre pncipiū neceſſario requiſitum ad generationē ſaltim mālē. ſed mulier pōt hre talē humiditatē: ḡre ꝛc̄. Maioꝛ pꝫ. q2 h eſt de rōne pncipij generationis facte per coytū. Minoꝛ apparet. q2 mulier hꝫ ſanguinē menſtruū dealbatuꝫ: qui pōt dici ſperma large accipiendo ſperma vt dcm̄ ē ſupꝛa. ꝛ q2 talis ſanguis dealbatus recipit diminutaꝫ decoctionem reſpectu ſuperfluitatis ſpermatice viri. Jō nō pōt eſſe pncipiuꝫ actiuū. relinquit ergo ꝙ ſit pncipiū paſſiuū ꝛ mā fetus: ꝛ h mō intellexit h Hyppo. ſperma nō ꝓprie dcm̄. ſed large vt ſe extendat ēt ad ſanguinē mulieris dealbatuꝫ. ¶ Et ex his ſatis appet rñſio ad rōnes factas in ꝯriuꝫ. procedūt. n. ſuis vijs. Et iō ꝓpter bꝛeuitatē in eaꝝ ſolōneꝫ non diſcurro.

Calefit enim quidē ſicut in calido exñs) Poſtq3 Hypo. ꝓpoſuit que ſunt opatiōes que ꝓueniunt a ſpermate maris ꝛ femine exñtibꝰ in matrice mulieris. Hic declarat que dixerat. dixerat. n. duo .ſ. ꝙ ipm ſperma collectū in matrice hꝫ ſpm̄. q2 calefactū eſt. dixit ēt ꝙ iſte ſpūs faciens ſibi viam ſpirat: ꝛ poſtea a matrice hꝫ aliū ſpm̄ frigidū. h duo dicta vult declarare. Et circa h duo facit. q2 pmo declarat h duo dicta in ſe. 2° declarat que dixit in exēplis ſenſibilibꝰ. vt magi pateāt. 2ª ibi. (Hec autē fit in lignis.) Jn pma parte dicit: ita eſt dictū ꝙ ſperma exñs in matrice hꝫ ſpm̄: q2 calidū. n. ꝓ q2 ſup. id ſperma: calefit quidē. ſicut ſup. calefieret: res aliq̄ i calido exñs. ſup. loco. ſup. ꝛ bene dcm̄ eſt. etiā ꝙ illud ſperma qñ fecit ſibi viā ad extra replet ſpū. ꝛ ſpirat ad ſe ſpm̄ frigidū. aūt pro q2. ſup. illud ſpma ingroſſatū a calido. hꝫ .i. acquirit: a matrice aliū. ſup. ſpūm a matrice dico ſpirātē. ſup. ei illum ſpm̄. queꝫ vocauit frigidū ꝛ talem dat regulam generalē. dicens oīa aūt queciq3 calefiunt hñt ſpiritum. ſpūs aūt. ſup. exñs in ſpmate pp calefactionē eius augmentatus. frangit. ſupp. partes ſpmatis in quo erat. ꝛ facit ſibypſi viam ꝛ tendit extra. ſup. aliqua pars eius tn̄ creuit. ipm aūt .ſ. ſperma mulieris qō calefit. ſup. a ſpmate viri ꝛ a matrice: attrahit ad ſe per fracturā. i. per locuꝫ fracture ipm ſpm̄ frigidū. i. minꝰ calidū a quo .ſ. ſpū frigido nutrit. i. reſtaurat. ¶ Circa pmā partē eſt intelligēdū de eo qō dicit ꝙ ſpma calefit ſicut in calido exñs. ꝙ ſperma calefit dupl̄r. vno mō: q2 eſt in loco calido .ſ. in matrice que eſt locus calidus. alio mō in matrice calefit. ſicut exiſtēs in calido. i. tanq3 recipiens calefactionē ab aliquo calido qō de ſe eſt nāliter calidꝫ: vtputa a ſpermate viri. qō ꝓpter eius perfectā digeſtionē: vt ſupꝛa dicebat retinet in ſe calidū nāle per qō eſt natū facere alterū quale ipm. ¶ Et ex h appet vlterius ꝙ iſta calefactio ꝛ ingroſſatio ꝛ fractura: ꝛ oīa hō debēt referri ad ſpma mulieris: qō talem ſuſtinet actionē tanq3 ꝓpꝛia mā fetus. ¶ Sed dicet aliquis. ego bñ video quō ſperma mulieris pōt calefieri a ſpermate viri. ſed nō videt ꝙ poſſit calefieri a matrice. q2 ab eo qō eſt ſubaliter frigide ꝯnis nō pōt ſperma mulieris calefieri. ſed matrix eſt hō ḡ ꝛc̄. Maioꝛ pꝫ. q2 ſicut calidum nō hꝫ infrigidare ſic nec frigidū calefacere. Minoꝛ appet. q2 matrix in ſui ſuba neruoſa eſt: ꝛ per ꝯñs frida. ¶ Ad h dōm ꝙ iſtud ſperma mulieris recipit caliditatem a matrice dupl̄r. vno mō: q2 dato ꝙ ipſa in ſe ſit neruoſe ſube ꝛ fride ꝛ ſicce nāe: tn̄ ad ipam fit concurſus multaꝝ arteriaꝝ ꝛ venaꝝ. q2 ipſa eſt locus generationis qui indiguit multa caliditate. iteꝫ calefit a matrice. Alio mō q2 ipſa tota coadunat ꝛ claudit ſup ſemē: adeo ꝙ ꝓhibet introitū ſubtilis cuſpidis acus. vt dicit Aui. 3° cañ. Calefacit ergo ipm ꝓhibendo caliditatē diffundi ꝛ euapoꝛare ad extra. ¶ Dubitat vlterius. q2 quaſi oīa que h dñr vident fſa. Et pmo de eo qō dicit ꝙ oīa que calefiūt hñt ſpm̄. Cōtra. q2 ferrū ꝛ lapides ꝛ lignū calefiunt aliqñ: ꝛ tn̄ non hñt ſpm̄. q2 ſpūs eſt vehiculū vite. iſta aūt vitaꝫ non hñt. ḡre ꝛc̄. ¶ Dubitat 2° q2 vr̄ velle ꝙ ex eo ꝙ tale ſperma calefit in matrice hēat ſpm̄. Cōtra. q2 virtutē generatiuam hꝫ a maſculo añq3 egrediat matricē quā virtutem cōplet mediante ſpū qui eſt in eo. ergo nō acquirit talem ſpūm ex eo ꝙ calefiat in matrice. ¶ P̄. ſi ſpermati daret talis ſpūs gignitiuus a matrice. tunc matrix hēt rōnē pncipij actiui in gnātiōe: qō eſt falſum. ¶ Dubitatur 3° quō ſperma attrahit ſpm̄ frigidū a matrice. q2 nullus ſpūs poteſt eſſe frigidus. ¶ P̄. ſi calefit in matrice tanq3 exñs in calido. vt dicit in lr̄a. ergo nō iſpirat ei ſpūs fridus. ¶ P̄. cum virtus gnātiua operet per calidum. ḡ talis attractio ſpūs frigidi ipedit generationeꝫ. ¶ Dubitat 4°. de h qō dicit a quo nutrit. Contra. q2 nullus ſpūs nutrit: q2 nutritio ſolū fit ex hūoꝛibꝰ. ſpūs aūt nō eſt hūoꝛ. ḡre ꝛc̄. ¶ P̄. nutritio fit a ſimili ꝛ ꝓpoꝛtionali. ſed cum ſpūs iſte frigidus ſit diſſimilis illi pꝛioꝛi qui eſt calidus. ḡ nō pōt nutriri ex eo. ¶ Ad euidentiā plenioꝛeꝫ littere Hypo. ꝛ ſolōnē dubitationū pdictaꝝ eſt aduertendū ꝙ verba hic dicta ab Hyp. poſſunt ſm duplicē intellectū exponi. Uno mō vt referant ad ſniaꝫ quā tenuit Auic. in ſuo. 9. de aīalibꝰ. Uoluit. n. ibi Auic. ꝙ qñ ſpermata adinuicē pmiſcent in matrice: pꝛimuꝫ qō ex eis generat eſt ſpūs: deide generatur coꝛ qō eſt pncipiū oīuꝫ membꝛoꝝ ꝛ eſt ſicut clauſura ꝛ vas illius ſpūs: vt ibi dicit: ꝛ poſuit ꝙ ſperma viri cedit in ſubam infantis ꝛ ſperma mulieris eſt ſuſtentamentuꝫ mēbꝛoꝝ. ꝛ cām ḡre pmo generat ſpūs q̄ mēbꝛa aſſignat duplicē .ſ. neceſſitatē ꝛ facilitatē. Facilitateꝫ quidē: q2 nā ſemp incboat a leuioꝛibꝰ ꝛ facilioꝛibꝰ. mō facilius eſt ꝛ leuius facere ſpm̄ qui eſt ſubtilis vapoꝛabilis ſube q̄ membꝛa que ſunt groſſe ſube. Et fuit neccio pmo gnāre ſpm̄: q2 ſpūs gnātus generat poſtea alia mēbꝛa. vñ dicit ibi. Sed pꝛius qō generat in eo eſt ſuba ſpūs ꝛc̄. ¶ Et ꝓpterea aū paſſum iſtum ponit iſtam ſniam ꝙ ſperma viri cadit in ſpm̄. ꝛ mēſtruū mulieris in mēbꝛa. vñ dicit ſic. ꝛ putāt homines ꝙ Ax. putauerit ꝛc̄. Si ḡ ꝓcedamꝰ ſm ſniaꝫ Aui. ibi poſitam planus eſt textus Hyp. ꝛ eſt eius intētio manifeſta. q2 h eſt oꝛdo vtriuſq3 ſpermatis in matrice. nā ingroſſatur ibi. Et pmū ꝙ generat in eis eſt tela in qua cōtinetur humidū ſpermaticuꝫ. poſtea fit gnātio ſpūs in ipſo ſpermate: ꝛ ꝓpter illud crementū ſpūs ſubtiliati ꝛ dilatati. q2 occupat plus de loco q̄ pus: frāgitur ſperma. poſtea

attrabit nutrimentũ vt ſe foueat ex eo:qđ nutrimentum vocat ſpũm frigidũ. ¶ Sed q2 hanc ſniaꝫ Auic. nõ puto eſſe verã nec ire ad mentẽ Ar. q̃uis ipſe dicat Ar. ſic intellexiſſe:imo eſt directe ꝯriũ Ar. ideo ei in h nõ aſſentio:nec per ꝯñs exponi date ſm eius ſniam. Primo eni nõ eſt conſiliũ Ar. q̃ ſperma viri cedat in ſubam fetus:ſicut ſibi ipoſuit Auic. Immo eſt cõſiliũ Ar. ſibi ꝯriũ vt videbitur in q̃one craſtina:iõ nõ eſt verũ q̃ generet talis ſpũs anteq̃ ipm cor. Et ideo credo aliter eſſe dõꝫ. Dico ergo q̃ p̃mo generat cor q̃ ſpũs:qui ſunt forma mẽbroꝝ vel vt magis ꝓprie ſit dicere qui includit in poris prioritate nature. prioritate vero tẽporis forte nõ. ſed ſimul tpe: ſic ipſemet Aui. dicit eſt ſicut locus ⁊ clauſura ipſius ſpũs. Nũc aũt rõnabilius eſt q̃ locus ſit p̃or locato q̃ eꝫ. ſaltim natura lꝫ nõ tpe. ſicut verbi gr̃a. rõnabilius eſt q̃ matrix ſit p̃or q̃ fetus q̃ eꝫ. Nullus.n. diceret q̃ fet⁹ eẽt p̃or q̃ matrix:⁊ ſic de aliis. ergo ⁊ cor qđ eſt locus ſpũs erit p̃us nã q̃ ſpũs. ¶ P. manifeſtũ eſt q̃ p̃us dꝫ generari illud qđ ẽ aiatuꝫ q̃ illud qđ eſt inaiatũ p̃oritate nãe. Cuius rõ eſt. q2 inaiatuꝫ cõparat ad aiatũ:ſicut organũ ad p̃ncipale. p̃ncipale.n. ſemꝑ eſt nã prius q̃ organũ:lꝫ nõ poſſit eſſe p̃us tẽpore. nunc aũt cor eſt aiatũ formaliter:⁊ p̃mũ viuens ⁊ p̃ncipale:ſpũs aũt informans mẽbra eſt ſicut inſtrm. nec viuit formaliter. ſed ſolũ eſt vite inſtrꝫ. ideo ⁊c̃. ¶ Eſt ergo dõm q̃ ſimul fiat generatio vtriuſq; vel ſi eſt ibi aliq̃ p̃oritas ipſa eſt in mẽbris. ⁊ h cõſonare videt verbis Auer. 2° colliget per totũ:qui cõparat mẽbra mãe:ſpũm aũt forme. mõ ſicut mã quodãmõ eſt p̃or forma ſaltim per viaꝫ ſuſtentatiõis:q2 ſuſtentat formã vel ſaltꝫ nõ põt eſſe forma ſine mã. Sed in artificiatis mã põt eſſe ſine forma:lꝫ nõ eꝫ. ſicut lignũ ſine forma ſcãni:ita et cor ⁊ ſpũs ſil' ſunt lꝫ ſm nãm cor ſit p̃us. ¶ Tunc ad rõnes Auic. Ad p̃maꝫ cũ dicit. nã ſemꝑ incboat a leuioribus. cõcedat ad p̃ſens. Ad minorẽ dico q̃ falſuꝫ eſt q̃ facilius ſit nãe facere ſpm̃ qui eſt anime inſtrm q̃ cor:q2 ſi ſpũs iſte nõ eſſet aliud q̃ quidã vapor tẽpat⁹ bene eſſet vex. ſed opꝫ q̃ cuꝫ h ſit aie inſtrm aptũ. q2 nõ quicũq; vapor tẽperatus eſt ſpũs qui ẽ vehiculuꝫ vite. Unde videte. iſta rõ recte arguit ſic. ac ſi diceret q̃ paries eſt p̃us q̃ fundamentũ ex eo q̃ facilius eſt apponere lapidẽ ſuper lapidẽ q̃ fodere terraꝫ ⁊ ꝓycere:ꝓpter qđ nõ valꝫ. ¶ Ad 2ᵐ dico q̃ nõ valꝫ. imaginat enim q̃ ſpũs gnãtus in mẽbris generet mẽbra. h aũt eſt falſuꝫ. q2 ille ſpũs nunq̃ generat:ſed ſpũs maris. vnde in ſpecie duplex ſpũs ꝯcurrit. ſ. ſpũs p̃mus qui decidit a maſculo cũ ſpermate:⁊ iſte eſt qui generat. ali⁹ eſt ſpũs generatus ab iſto qui eſt illud inſtrm mẽbroꝝ generatoꝝ per qđ mẽbra agũt opa vite qui remanet in eis: quid aũt fiat de illo ſpũ q decidit a mare cũ ſpmate cras appebit. Dico ergo ſm intentionẽ Ar. ⁊ ſm mentẽ Yyp. q̃ Yyp. in iſtis verbis loquit de ſpũ:qñ dicit q̃ oia quecũq; caleſiũt hñt ſpm̃. nõ quocunq; mõ. ¶ Propter qđ eſt intelligendũ q̃ ſpũs põt accipi dupliciter. vno mõ large ⁊ cõiter. alio mõ ſtricte ⁊ ꝓprie. ſpũs quidẽ ꝓprie dictus eſt quoddã calm nãle qđ eſt organũ alicuius forme determiate ⁊ p̃cipue in corporibus viuis:h aũt dico ꝓ tanto. q2 nõ ſoluꝫ in corporibus viuis eſt q̃dã calidũ nãle qđ eſt inſtrm alicui⁹ forme determiate. ſed ẽt in omni corꝑe mixto. vt appet per p̃hm 4° metheoroꝝ. qđ quidẽ calidũ detinet elta ⁊ conſeruat in forma mixti ne exalent ad ꝓpria loca: ⁊ qđ fuit agẽs particulare in mixtiõe illoꝝ eltoꝝ: adinuicẽ tñ dña eſt iter calidũ mixti ⁊ calidũ repertũ in viuis qđ d̃r ſpũs. nam calidũ corpoꝝ inaiatoꝝ eſt occultũ: ⁊ imanifeſtum ꝓpter eius paucitatẽ:ſed in viuis eſt h calidũ manifeſtũ: ⁊ ꝑꝑ h cõtingit q̃ opa vite attribuit calido qđ calidũ dicitur ſpũs in aialibus: ⁊ de iſto ſpũ nõ intelligit Yypo. q2 hunc ſpũm non hꝫ ſperma ex eo q̃ caleſit in matrice. ſed hꝫ ſpũꝫ quẽ acquiſiuit a ſpermate maris. ⁊ ideo nõ omne qđ caleſit hꝫ ſpm̃ ꝓprie dictũ. Alio mõ dicit ſpũs large. ſ. pro calido corpore euaporabili exñte in mã ſubtili aerea. ⁊ hoc modo loquit Yypo. hic de ſpũ. quaſi velit dicere q̃ ſperma qđ iacit in matriceꝫ hꝫ ſpm̃. i. fit ſpumoſuꝫ. q2 oẽ qđ caleſit hꝫ ſpm̃. Nã p̃ma opatio calidi in humidũ ẽ facere euaporare humidũ ⁊ ipm ſubtiliare. ⁊ q2 in omni humido qđ caleſit:ſubtiliat etiã humidũ ⁊ generat aliquid ſpumoſum:iõ oia talia hñt ſpm̃ large acceptum. ¶ Ex h vlterius ſequit illud qđ ſubdit. ſ. q̃ frangit partes ſpmatis ꝓpter eius dilatationẽ ⁊ ſubtiliationeꝫ ⁊ facit ſibypſi viam ⁊ tendit ad extra. Nam videte. h eſt regula generalis: q̃ quãto aliqđ eſt magis corpulentũ tanto min⁹ occupat de loco:⁊ quãto minus eſt corpulentuꝫ plus occupat. vñ terra q2 inter cetera elta eſt magis corpulẽta: iõ min⁹ occupat de loco. Si aũt ex terra per rarefactionẽ ⁊ ſubtiliationẽ generet aqua:vel aer:vel ignis plꝰ occupabit de loco. q2 minus hꝫ de mã corpulenta. q2 ergo h ſpma plus in ſe hꝫ de ſpũ aereo occupat plus de loco:⁊ q2 ſuba ſpmatica eſt ingroſſata ⁊ inſpiſſata:ideo frangit:⁊ tunc ſpũs tẽdit ad extra. ¶ Et videte vlterius. ex h põt haberi ⁊ accipi vn⁹ modus ſm quẽ fit pulſus in corde: quẽ poſuit Ar. in de morte ⁊ vita. nam poſuit Ar. pulſuꝫ fieri ex neceſſitate mãe. ſ. ex eo q̃ in corde fit ebullitio magna ꝑꝑ multitudinẽ caloris exñtis in eo: ꝓpter quã ebullitioneꝫ ne[c]io fit dilatatio in corde ⁊ artarys:⁊ tũc in tali dilatatiõe aperitur cor:⁊ tunc ad taleꝫ apertionẽ ſequit attractio aeris frigidi:⁊ tũc in ſe cõſtringit ꝓpter ꝑceptionẽ fri. ⁊ poſtea iterũ caleſit ⁊ ſubtiliat ⁊ ebullit ſpũs ⁊ dilatat ⁊c̃. Et iſto° poſuit fieri dilatationẽ ⁊ cõſtrictionẽ: vt ibi hꝫ videri ſiue diaſtolem ⁊ ſiſtolem:qđ idẽ eſt:⁊ pro tanto dixit Yyp. q̃ ſpũs frangit ⁊ facit ſibypſi viaꝫ ad extra. Et ſubdit poſtea Yypo. q̃ omne qđ illo mõ caleſit attrabit ſpũm ſm ex quo nutrit. Nam dato q̃ ille ſpũs frigidus ſit in p̃ncipio ꝯrius ei:tñ eſt ei ꝓportionalis:q2 nutritio fit ex ſibi ꝓportionali:qđ ꝯriuꝫ eſt in p̃ncipio ⁊ ſimile in fine. q2 ergo ſpũs ille frigidus eſt ſubtiliatus: iõ eſt ſibi ꝓportionalis. Nec eſt intelligẽdũ q̃ iſte ſpũs ex quo fouet ſit frigidus abſolute. ſed eſt frigidus. i. minus calidus q̃ ille ad cuius nutritionẽ vadit. ¶ Si aũt querat. q̃re opꝫ ſic nutriri illud calidũ qđ eſt generatuꝫ in ſpmate vel mẽſtruo femine. Dico q̃ h eſt. q2 ipm non eſt potens ſaluari niſi foueatur:q2 in ipſo eſt actio calidi que cõtinuo reſoluit ipm. vt ergo cõſeruetur ⁊ augeat attrabit aliqđ ſubtile ſibi ꝓportionale ex quo nutrit. ¶ Ex his ergo patet ſolutio ad oia obta. ¶ Ad p̃mũ cũ dicebat. ſi omne qđ caleſit hꝫ ſpũm: tunc ferrũ lignũ ⁊ lapis hñent ſpm̃. Dicendũ q̃ Yypo. nõ intelligit de ſpũ qui eſt vehiculũ anie: vt tu arguis: ſed de ſpũ qui eſt aliqđ corpus humidũ aereũ euaporabile ſolũ: ⁊ talis ſpũs large acceptus bñ reperit in ferro lapide ⁊ lignis qñ iflãmant. ¶ Sed tu dices adhuc. h eſt nihil qđ tu dicis. q2 ferx nõ põt inflãmari: cum flãma nõ ſit aliud q̃ fumus ardens qui in ferro nõ eſt repibilis. ¶ Ad cui⁹ diſſolutionẽ notandũ q̃ res ignite aliq̃ emittunt flãmã ⁊ aliq̃ non. Nam ignis eſt triplex vt cõſueuit dici. nã quidam eſt ignis qui eſt flãma ⁊ ignis lux ⁊ ignis carbo. ⁊ iſti ignes nõ differũt niſi rõne mãe in qua ſunt. q2 qñ in re aliqua eſt multũ humidũ ignitũ euaporãs: tũc fit flãma: qñ illud humidũ eſt groſſum magis. qñ aũt illud humidum eſt ſubtile magis ⁊ purum ⁊ ſubtiliatũ ⁊ minus mãle: tũc fit lux. nõ q̃ dicat lux vere. ſed lux. i. corp⁹ magis lucidũ. q2 ſuum lumẽ eſt magis claruꝫ. qñ aũt humidũ eſt valde modicum ⁊ multũ de groſſo terreſtri: tũc eſt ignis qui eſt carbo. ſicut accidit in corporib⁹ duris ⁊ ſiccis q̃le eſt ferx

⁊ lapides:q: talia habent parū de humido in corporibus. ergo habentib⁹ multū de humido qn̄ igniunt̄ generatur multū de ſpū.i.de ſpū vaporoſo humido.⁊ q: omne mixtum h3 de humido.ideo ferrū habebit et̄ de ſpū:l3 minus q̄3 corpora hūida:⁊ ſic ad illud. ⸿ Ad 2ᵐ cū dicit̄ q̄ ſperma tūc acqreret ſpū in matrice. Dico q̄ loquit̄ h̄ de ſpermate qd̄ eſt menſtruū mulieris ⁊ nō de ſpermate viri.nā ſperma mulieris acquirit quādā fumoſitatem que nō eſt multū ex intentiōe nature.nec etiā eius actione: ſed magis cauſat̄ ex actione calidi in ipm̄ vt dictū eſt ſupra. q̄re nō valet. ⸿ Ad 3ᵐ cū dicit̄ q̄ matrix hr̄et virtutē actiuā: q: h3 caliditatē3 l3 modicā:de h̄ tn̄ queret̄ infra ex ꝓpoſito. ⸿ Ad aliud cu3 dicit̄ q̄ ſperma attraheret ſpū frm̄ qd̄ falſum eſt.cum nullus ſit frigidus. Dico q̄ nō intēdit Hypo.q̄ attrahat̄ ſpūs frigidus abſolute. ſed aliqd ſubtile ꝓportionale ſpūi.qd̄ q: ei ꝯtriatur quodāmodo in p̄ncipio dicit̄ ſpūs.ſ. reſpectu eius quē reſtaurat. ſicut accidit in humido oleagino accenſo: q: tale humidū dicit̄ in p̄ncipio frigidu3.q: eſt ꝯtrium ei qd̄ incendit̄ in fine vero eſt totaliter aſſimilatū. ⸿ Et ex h̄ appet ad illud qd̄ dicitur q̄ inſpirat̄ frigidus. ⸿ Ad aliud.dico q̄ ſi eſſet ſpūs frigidus abſolute bene ipediret gn̄atiōnē.ſed q: nō eſt talis:ideo nō val3. ⸿ Ad aliud.cum dicit̄ q̄ nutritio fit ex humorib⁹ verū eſt de nutritione ꝓprie dicta que debet̄ mēbris viuis: ſed h̄ nō eſt vera nutricatio. ſed quedā reſtauratio.ideo nō ꝯcludit. ⸿ Ad aliud.nutricatio fit a ſimili.dico q̄ vex eſt in fine:ſed in p̄ncipio nō.ſufficit.n.q̄ in p̄n°ſit ei ꝓportionale.⁊ ſic ad illud. ⸿ Deide cū dic.

**Hoc aūt** ſit in lignis) In parte iſta declarat ea que dixit. Et p̄mo ꝓponit qd̄ itēdit: ⁊ declarat in exēplis.2°aptat qd̄ dixit ad ꝓpoſitū.2ª ibi. ( Et quide3 ops ꝓlongare ſermonē. ) Prima in duas.q: p̄mo p̄mittit qd̄ intēdit.2° declarat in exēplis.2ª ibi. ( Intellectū autē p̄bent ligna ) In p̄ma pte dicit:ita dcm̄ eſt q̄ ſpma calefactum in matrice frangit̄ a ſpū ⁊ per locū fracture attrabitur ſpūs frigidus a quo nutrit̄ ille ſpūs. ſed hoc totu3 fit in lignis ⁊ folijs:⁊ in cibis ⁊ potibus: ⁊ in oībus hꝫ quando fortiter calefiunt.

**Intellectum** autē p̄bent ligna ⁊c̄.) In parte iſta declarat h̄.⁊ p̄mo in lignis qn̄ fortiter calefiunt.2°in frondib⁹.3°in leguminibus.2ª ibi. ( Faciunt aūt h̄ ⁊ frondes. ) 3ª ibi. ( Et legumia vt frumētū. ) In p̄ma pte dicit.q̄ ſi accipiamus exēᵐ in lignis qn̄ aduruntur:tunc ipſa p̄bent nobis intellectū.i.cognitionem dictoꝝ.q: oīa ligna cum aduruntur inflāmantur ⁊ maxime ſi ſunt ligna ſubuiridia.i. mediocriter ſe hn̄tia inter ſicca ⁊ viridia.ipſa emittunt ſpūm per ſectionē ⁊ fracturas quę fit in eis a ſpū in eis incluſo.⁊ a calido eleuato ⁊ ille ſpirit⁹ exiens per fracturā qn̄ tendit ad extra reuoluit̄ circa ſectionē.i.circa locū rupture.vt p3 ad ſenſu3. apparet ergo manifeſte rōcinatio dicta de ſpū.ſ.quō frāgit ſubam ſpermatis. ⸿ Tūc ꝓcedit vlterius ad ꝺclarationē attractionis eius:⁊ dicit q̄ per calidu3 extn̄s in ligno.i.ſpūs qui eſt in ligno attrahit alterū.ſup.ſpm̄ frigidū:a quo.ſ.ſpū frigido:nutritur.i.refocilatur: q: nō eſt ꝓprie nutritio ⁊ ad ſe dicit.ſup.venire ſpm̄ frigidū:ita q̄ vtraq3 ſra pōt ſaluari. ⁊ tunc dat cām illius circūuolutiōis ſpūs circa fracturas lignoꝝ.dicens. ſiquidē.n.pro q:.non attraheret̄.ſup.ille ſpūs frigidus extra tendens.ſ.per fracturas ligni: ſup.ſed h̄ videmus fieri ad ſenſum.ergo ops q̄ attrahat̄ ſpūs frigidus per fracturā: ⁊ tunc dat cām generalem dicens.oē eni3 calidū nutritur a frigido moderato. Et ſubdit q̄ qn̄ calefit humidū qd̄ exiſtit in ligno: tunc ſpūs p̄mo factus. ſup.ex tali calefactione tendit ad extra ⁊c̄.totū eſt planū. ⸿ Iuxta p̄mā partē eſt intelligendū q̄ ex his verbis habetur q̄ ipſe nō intelligit hic de ſpū qui eſt in ſpmate viri:cuius eſt gn̄āre ⁊ informare mēbra. Cuius rō eſt. q: in iſta declaratione exēplificat de his que calefaciunt abſolute.ſed ſpūs qui eſt aīe inſtrm̄ nō eſt calidus abſolute: ſ3 determinat̄ a ſua forma: cuius eſt inſtrm̄ ⁊ que ipm̄ dirigit in ſuis operationib⁹.ſed loquit̄ hic de ſpū frigido ex q̄cunq3 ebullitione calidi. ⸿ 2°eſt intelligendu3 de eo qd̄ dicit q̄ ligna ſubuiridia maxime emittūt hūc ſpūm.i. ligna nō multū viridia neq3 multu3 ſicca. Et rō hui⁹ eſt.q: in lignis ſiccis multū ꝓpter defectū hūidi in eis nō multum apparet de tali ſpū in eis neq3 in nimis viridibus:q: in eis ſuffocat̄ calor: ꝓpter multā eoꝝ aquoſitatē que nō eſt ꝓportionalis igni:⁊ q: in lignis ſubuiridib⁹ eſt vtraq3 cā ſimul:iō magis apparet in eis talis hūiditas ſpūs. ⸿ 3° notandū de eo qd̄ dicit circa ſectionē.i. circa locū rupture:q: cā quare ſpūs exiens de ligno per fracturā reuoluit̄ circa locū fracture eſt h̄:q: omne calidū nutrit̄ a frigido moderato:vt ipſe dicit. ⸿ Sed aduertendū q̄ duplex ē calidū:ſicut appet per ph̄m in de morte ⁊ vita. Nā qddā eſt calidū qd̄ ſaluat̄ i ꝓpria mā: ſicut calidū ignis eſt:alis in ꝯcauo orbis lune exiſtis:⁊ tale calidū nō nutritur a frigido nec a mā aliena.aliud eſt calidū qd̄ ſaluat̄ in mā aliena:ſicut eſt calidū omne hic inferius exn̄s qdcunq3 ſit illud.ſiue ſit calidu3 corporis aīati vel inaīati. ⁊ rō q̄re hoc calidū qd̄ ſaluat̄ in mā aliena nutrit̄ a frigido moderato eſt:q: calidū iſtud ꝓpter ſui modicam quātitatē ſaluari nō poſſet:niſi cōtinuo generaret̄ eo q̄ h3 ſuum ꝯtriu3 ſibi approximatū.ſ.cōtinens ipm̄. Cum ergo exn̄s in mā aliena ipſa3 cōtinuo cōſumat qn̄ deueniſſet ad quātitatē modicam extingueret̄ a ꝯtinēte ⁊ exalaret. ⁊ ideo ad hoc vt perduret ops q̄ cōtinue foueat̄ ⁊ regeneret̄. Fouet̄ aūt a frigido nō quocūq3:ſed ſubtiliato. ⁊ ꝓpter h̄ qn̄ volum⁹ ignem accendere ſufflamus in lignis accenſis vt calor ſe cōuertat ad partes interiores ⁊ extrahat inde humiditatem ſubtilē que erat in ꝓfundo lignoꝝ ⁊ ex ipſa foueat̄. ⁊ ꝓpter h̄ etiā cōtingit q̄ ſufflatio in candela ardente qn̄ fortiter ſufflat̄ in ea extinguit̄.q: cum impulſu aeris forti ipellitur illud humidū ſubtile cōtinuatum cum groſſo candele quo humido ſubtili fouebat̄ ignis. ⁊ ꝓpter h̄ et̄ cōtingit q̄ ſi ignis ſic fortiter cooperiat̄ q̄ nō poſſit tranſpirare:q̄ tunc cōuertit̄ calor ſuper humidū illud ⁊ ab eo ſuffocat̄. Si aūt cooperiat̄ leuiter ſub cinerib⁹ q̄ ipſi ſint rari pōt reſpirare ⁊ cōſeruari. ⸿ Ex dictis et̄ pōt apparere vlterius cā. q̄re omne calidu3 hic inferius exn̄s h3 duplicem modū corporis:vt ponit ph̄s in lib. de morte ⁊ vita.quoꝝ vnus dicit̄ extinctio:⁊ iſte fit a ꝯtrio infrigidāte. ⁊ alter modus dicit̄ marcor qui fit ex conſumptione hūidi nutrimentalis. ⁊ ideo dicit ibi q̄ extinctio fit a ꝯtrio.ſ3 marcor fit a ſeipſo.q: marceſcit ⁊ ānihilatur qn̄ deficit ſibi humidū ex quo d3 nutriri. ⁊ ideo omne calidū ſi d3 ſaluari indiget refrigerari ne ſubito cōſumat ſuū humidu3. ⁊ ideo cor habuit pulmonē tanq3 quoddā ventilabrū per qd̄ eius calidū refrigerat̄. Et notanter dixit a frigido moderato:q: ſi eſſet frigidū ſuperfluū:tunc extingueret calorem.⁊ ꝓpter h̄ cōtingit q̄ in his qui nō habēt multū calorem refrigeratio ſui calidi ſufficiēter fit per alimētū ſicut eſt in plantis:⁊ ideo nō indiguerūt reſpiratione.hn̄t.n.nutrimentū magis frigidū q̄ aīalia.ſed in aīalibus eſt multa caliditas:⁊ ideo in eis nō ſufficit refrigeratio facta per nutrimentū:ſed in eis dilatat̄ ⁊ conſtringit̄ cor:⁊ que habuerunt plus de calido habuerunt pulmonē. Ex dictis ḡ apparet cā:quare talis ſpūs reuoluit̄ circa fracturā ligni cū ſit illud a quo nutrit̄ calor ille. ⸿ Deinde cū dicit.

**Faciunt aūt** h̄ ⁊ frōdes virides.) Declarat qd̄ dixit in alio exēꝑl.in frōdib⁹ viridib⁹.

⁊ patet ſnīa eius. ¶ Iuxta qđ notandū de eo qđ dicit: tendens aūt: ſup. ſpūs ad extra: pbet. i. facit ſonum ſm ꝙ expirationē preber ſm ꝙ reſpirat. ꝙ aliqñ in exitu talis ſpiritus ad extra per fracturā fit quidā ſon⁹ ad modū ſibili: ⁊ h̄ eſt cum ſubito ⁊ cum īpetu tendit ad extra: ſicut apparet in tonitruo qñ ſubito expellit̄ vapor ille de nube: ſed ſi ille ſpūs exiret paulatine nō faceret ſonū. deide cū dic̄. Et legumina. declat in alio ex⁰ ⁊ pꝫ. ¶ Deide cū dicit.

**Et quid** opꝫ prolongare ſermonē) Hic adaptat qđ dixit ad ꝑpoſituꝫ: ⁊ dicit: ita declaratū eſt ꝑpoſituꝫ in ṗdictis exēplis. Et quid. i. ꝑpter quid oꝫ ꝑlōgare ſermonē. ſup. ad maioreꝫ declarationeꝫ dictoꝝ cum oīa ſint mãifeſta. quaſi dicat. ꝙ nihil. quecūqꝫ. n. caleſiūt emittunt ſpm̄. ſupp. vt pꝫ diſcurrēdo in oībus: ita ꝙ h̄ eſt quedam regula gn̄alis ⁊ attrahūt alte℞: ſup. ſpm̄ frigiduꝫ ēcōtra ſm hūc. ſ. q2 prior ſpūs erat calidus: ⁊ ideo hꝫ ſe cō frigido: ⁊ hō neceſſitates. i. hō exēpla neceſſitatē hn̄tia. inducte ſunt a me. ſup. ad declarādū ⁊ manifeſtādū ꝙ ſperma calefactū in matrice emittit. ſup. ſpm̄. Siſr aūt ⁊ ſperma hꝫ ſpm̄ a matrice ſpirante. ſup. ſpūm ſm ei: qñ. n. matrix. i. id qđ ɔtentū eſt in matrice: attrahit ad ſe ſm aerē: tunc ſperma inſlat̄. calidꝫ aūt exiſtēs. ſup. ſperma tanq̄ in calido. ſup. loco: ⁊ etiā iuxta ſperma viri: a quo etiā caleſit: vt dictū fuit ſupra. tūc vtiqꝫ hꝫ ſpm̄: ſup. ꝑꝑ caleſcōnē eius: ⁊ emittit: ſup. ſpm̄: ⁊ hoc eſt qđ dicit.

QUia queſitū eſt ſupra vtꝝ mulier habeat ſperma qđ ſit nec̄io requiſituꝫ ad generationē fetus: ɔñter querat̄ vtꝝ in ſpmate mulieris ſit aliqua virtus actiua in gn̄atione fetus. Et arguit̄ ꝙ ſic. q2 vnūq̄qꝫ agens aſſimilat ſibi paſſum. h̄ ṗſuppoſito arguo ſic. in illo qđ aſſimilat ſibi paſſum eſt virtus actiua reſpectu fetus. ſed ſpma femine aſſimilat ſibi fetuꝫ. ğ ⁊c̄. Maior pꝫ per ſuppōneꝫ factam. Minor appet. q2 videmus fetum aſſimilari matri aliqñ ita ꝙ nō patri. hoc aūt nō eſſet niſi in ſpermate mulieris eſſet virtus actiua reſpectu fetus. ideo ⁊c̄. Et h̄ ē rō in qua ſe fundauit Gal̄. vt dicit Aui. 9⁰ de aīalibus: qui putauit ſe multū ſcire de ramis ſcie nãlis ⁊ nihil ſciuit. ſꝫ per deum ipſe plus ſciuit q̄ Auicē. q2 libellū Gal̄. de ſpermate nō habemus: ⁊ ita ille qui ei imponit̄ eſt ſuus: ſicut brunelli: ⁊ multa īponit ſibi Aui. que nō credo ꝙ dixerit. ſed nō eſt vis ad ṗſens. ¶ P̄. ſi in matrice eſt virtus actiua ad ꝑductioneꝫ fetus. ergo in ſpermate femie erit vtus actiua. ſed matrix hꝫ virtutem actiuā. vt ꝑbabo. ğ ⁊ ſperma femine. Maior appet ex h̄: q2 ſpma femine acquirit virtutē quā hꝫ a matrice: ſicut ſperma maſculi acqrit virtutem a locis in quib⁹ generat̄. Minor appet. ſ. ꝙ matrix habeat virtutē actiuā. ṗmo auc̄tate Auicen. ṗmo cañ. fen ṗma. capi. de mēbris. qñ dicit ſic. ⁊ mulieres inſuper hn̄t matricem per quā ſpermatis cōplet̄ vtilitas. Item q2 in matrice generatur aliqđ qđ eſt diuerſuꝫ a ſuba matricis: vtputa mola. mō h̄ eſt dr̄ia inter virtuteꝫ generatiuam ⁊ nutritiuaꝫ: q2 virtus nutritiua generat aliquid cōiunctuꝫ ſibi: virt⁹ aūt gn̄atiua gn̄at aliqđ a ſe diſtictū: cū aūt mola ſit aliqđ diſtinctū a matrice. ğ matrix hēbit vtutē gn̄atiuā. ¶ Qr aūt generet molā pꝫ p Aui. 3⁰ cañ. ca⁰ d molā.

**In oppoſitū** eſt phs ṗmo de generatione aīaliū. ⁊ Auerroys in ſcđo ſui colliget.

**Ad iſtā** qōnem dōm ꝙ aliqđ hr̄e virtutē generatiuā pōt duplr itelligi. vno mō ṗncipalr: ita ꝙ ſit ṗncipale agens. alio mō ſm quid ⁊ ſcđario. ſi ṗmo mō itelligat̄. dico ꝙ īpoſſibile eſt ſperma mulieris hr̄e virtutem actiuā in ꝑductione fetus. Si aūt intelligat̄ ꝙ hēat virtuteꝫ actiuā ſm quid ⁊ ſcđario. dico ꝙ nō eſt incōueniēs. Primū appet ex h̄: ⁊ eſt rō phi ṗmo de gn̄atōe aīaliū. ſi in ſpermate femelle eēt virtus actiua ṗncipalr ad ꝑductionem fetus: tūc femina poſſet per ſeipaꝫ abſqꝫ maſculo generare. ſed ɔñs eſt falſuꝫ. ergo ⁊ añs. falſitas ɔñtis appet: q2 in illis in qb⁹ eſt diſtinctus maſculus a femella in aīalibus nunq̄ femina poſſet per ſeipam gn̄are. ꝑbatio ɔñe. q2 ſi hr̄et virtutē actiuā: tūc hoc nō eēt niſi q2 aut exhiberet formā fetui aut diſpōeret mãm ad ſuſceptionē forme: q2 plurib⁹ modis variari nō pōt. ſed nō pōt dici ꝙ det formam fetui: q2 actiuo approximato paſſiuo nec̄io fit actio ⁊ paſſio. Cum ğ mulier hēat mãm fetus: ēt ꝑ ſe det formā fetui cū approximabit̄ ſpma eius ſanguini mēſtruo nec̄io ꝑducet̄ fetus. ğ gn̄abit in ſe per ſeipaꝫ ſine viro: qđ eſt falſuꝫ. Nec pōt dici ꝙ hēat virtuteꝫ actiuā tanq̄ diſponens mãm: q2 ſicut appet per phm. 7⁰ meta. idē eſt agens dans formā ⁊ ꝑparās mãm: q2 forma nō educit̄ de agēte: ita ꝙ agens ponat formā in mãm: ſed educitur ab agēte ex mã remouēdo diſpōnes ɔ̄rias que erāt in mã ⁊ inducēdo ꝑprias. ſi ergo ſic eſt de neceſſitate ideꝫ erit agēs dans formā ⁊ diſponēs mãꝫ alr̄. nō daret formā ⁊ nihil operet̄: qđ eſt falſuꝫ. ¶ P̄. h̄ declat̄ ſic 2⁰: q2 manifeſtū eſt ꝙ maſculus ⁊ femia aliqđ faciūt ad gnōnē: q2 aliqđ exhibēt fetui. cum ğ in fetu ſit mã ⁊ forma. aut ğ vterqꝫ exhibet formā aut tm̄ vn⁹ aut nullus. Non eſt dōm ꝙ nullus: vt pꝫ de ſe nec ꝙ ambo: q2 tūc alter eoꝝ ſupfluerit ad gn̄ationē: nec ꝙ vterqꝫ det mãm ꝑꝑ eandē rōnē: q2 alter eoꝝ ſupfluerer. ğ vnus eoꝝ dat mãm ⁊ alter formā. ſꝫ nō pōt eē ꝙ femina det formā: q2 qđ dat nutrimētū dat mãꝫ gnōnis. nã nutricatio eſt gn̄atio q̄daꝫ. ⁊ nō differūt niſi ſm ꝙ dr̄nt totuꝫ ⁊ ps. ſed cū eadē ſit mã toti⁹ ⁊ ptis qđ dat nutrimētū: dat ēt mãꝫ. mulier ğ dabit fetui mãm. cū aūt mã ſit ṗn^m paſſiuū. relinquit̄ ꝙ ſolū femia tribuat mãm vel ṗn^m paſſiuū fetui ⁊ vir formā. ğ in ſpmate mulieris nō erit virtus actiua. ¶ P̄. ſi in ſpmate mulieris eſſet virt⁹ actiua in ꝑductione fetus: ſeqret̄ ꝙ femia eēt in gn̄atiōe agens ṗncipale. ɔñs eſt falſum. ğ ⁊ añs. falſitas ɔñtis eſt nota de ſe. ꝑbatio ɔñtie. q2 cuꝫ ad gn̄ationē ɔcurrat ſpma maſculi: aut ambo ſpmata erūt agentia diſtincta adinuicē: aut fieret ex ipſis duobus quoddā mixtū. ſed nō pōt dici ꝙ ſint duo agentia diſtincta. q2 tunc qđ generaret̄ ab eis nō eēt quid vnuꝫ. Cuius rō eſt. q2 omne agens aſſimilat ſibi paſſum. ſi ergo ſunt diuerſa agētia. ergo diuerſa aſſimilata ⁊ diuerſi effectus: hoc aūt eſt falſum. vt pꝫ. ergo ⁊c̄. ¶ Nec pōt dici ꝙ ex illis duobus ſpermatib⁹ fiat vnum mixtuꝫ: q2 oporteret dare aliquod ṗncipale agens ipſa permiſcēs adinuicem: qđ eſt īpoſſibile. vt declarabit̄ in quadā queſtione. ergo ⁊ impoſſibile eſt illud ex quo ſequit̄. ſ. ꝙ ſperma mulieris habeat virtutē actiuaꝫ in ꝑductione fetus. ¶ P̄. ſi in ſperma mulieris eſſet virtus actiua in gn̄atiōe aut haberet hanc virtuteꝫ in ſeipſo aut in materia aliena: ſed nō in ſeipſo. ṗmo q2 tunc idē eſſet agens ⁊ patiens reſpectu ſui ipſius. h̄ autē eſt falſum. q2 agens ⁊ patiens debent eſſe diſtincta loco ⁊ ſubto. aliter eniꝫ idem reciperet formā a ſeipſo: qđ eſt īpoſſibile. nec pōt hr̄e virtutem actiuam in mã aliena. q2 aut illam mãm exhiberet maſculus aut femella. ſed nō maſculus vt quilibꝫ ɔcedit. ğ femia. ğ femina eſſet per ſe ſufficiēs ad gn̄ationē. ¶ Et ꝑpea dicebat phs ṗ de gn̄atiōe aīaliū. ꝙ rōnabile eſt ꝙ maſculus exhibeat ṗncipiū actiū. femina aūt paſſiuū vt mãꝫ in qb⁹ eſt diſtinctus maſculus a femella: in qbus vero nō eſt diſtinctus nō opꝫ: ſicut in plantis in quibus nō eſt diſtinct⁹ maſculus a femella: adhuc tñ in granis diſtinguit̄ actiuū a paſſiuo: q2 in cuſpide eſt virtus actiua ⁊ in medio eſt virtus paſſiua. vnde quādo frumentum ſeminatur illa pars que eſt in cuſpide ṗmo germiat: ⁊ alia marceſcit ⁊ in eius conuertitur nutrimentum. ⁊ ideo formice quando grana

frumenti recondunt et volunt ipſa conſeruare ſub terra ne naſcantur corrodunt cuſpideʒ eius in qua erat virtus actiua: ⁊ poſtea non germinant : ⁊ hanc cautelam habuerunt ex iſtinctu nãe. Ex dictis ergo appet ꝙ in ſpermate femine nulla eſt virtus actiua pncipalis in gñatiõe fetus. Si aũt loquamur de virtute actiua ſm quid dõʒ ꝙ in femina põt eſſe virtus actiua. Cuiꝰ rõ eſt. qꝛ oẽ patiẽs phyſicum in patiẽdo quodãmõ agit: ⁊ agens ẽt quodãmõ repatitur. cuʒ ergo ſpma mulieris qđ eſt menſtruũ dealbatũ: qꝛ de illo loquimur ſit patiens ⁊ mã gñationis. ḡ quodãmodo dicet̃ agere: nõ tñ ad ꝓductionẽ fetus: qꝛ vt ſic accidit ꝙ agat. ¶ Ex his ad rõnes factas in õriuʒ apparet ſolutio. ¶ Ad pmã dõm ꝙ aliqd aſſimilari alteri põt dupliciter intelligi. vno modo ꝙ per ſe aſſimilet̃. alio mõ p accidens. tunc dico ꝙ ſi aliqd aſſimilet̃ alicui per accidens: nõ ops ꝙ illud ſit pncipiũ actiuũ reſpectu eius. mõ ita eſt in ꝓpoſito. qꝛ qñ ſperma maſculi nõ eſt potens aſſimilare ſibi totaliter fetũ: h nõ eſt: niſi ꝓpter inobediẽtiã mãe: ⁊ tunc diſpões agẽtis remanẽt in mã: ſicut verbi grã. qñ fit aliqđ artificiatũ qđ nõ ſimilat̃ agenti: puta cultellus ſi nõ aſſimiletur forme cultelli exiſtẽti in aĩa fabri: h eſt per accidens. ſ. ꝓpter indiſpõnem ⁊ inobedientiã ferri: ⁊ tunc diſpões mãe ferri remanẽt in cultello: eodẽ mõ eſt in ꝓpoſito. non ergo aſſimilat̃ matri: qꝛ ſpma inducat in eius ſimilitudinẽ: ſed ꝓpter defectũ ſpmatis patris nõ potẽtis pfecte remouere diſpões ſpmatis femine ⁊ iducere ſuas. ⁊ ſic eſt ꝙ aſſimilatur matri per accñs. ¶ Ad 2m dõm ꝙ minor eſt falſa. ¶ Ad auctatẽ Auic. dico ꝙ nõ vult dicere ꝙ in matrice ſit virtꝰ gñatiua: ſʒ ſolũ cõſeruatiua. ¶ Ad aliaʒ de gñatione mole nõ rñdeo ad pñs: qꝛ ipaʒ determinabo in qõnibꝰ de quolibet: qꝛ fuit ibi ꝓpoſita.

**Sed ſperma** iflatũ facit pãniculũ ⁊c.) Iſta pars põt dupl'r introduci ⁊ ad pcedentia cõtinuari. vno mõ dicẽdo ſic. ꝙ poſtꝙ̃ Hypo. in pcedẽtibus determinauit vnũ eorum que ꝓpoſuit. Hic declarat aliud. nam ſupra duo nobis ꝓpoſuit Hyp. quoꝝ vnũ fuit ꝙ qñ duo ſpmata aggregant̃ in matrice. tũc colligit̃ ⁊ ingroſſat̃ ſperma mulieris in matrice. 2m qđ nobis ꝓpoſitũ fuit ꝙ tale ſpma hʒ ſpiritum: qꝛ caleſit ⁊ ꝙ attrahit ſpũm frigidũ: ex quo alitur. Poſtꝙ̃ ergo declarauit hoc 2m: hic intendit declarare pmũ. ſ. quõ ſperma mulieris colligit̃ ⁊ ingroſſatur in matrice. ⁊ iſte eſt vnus modus ꝯtinuandi. ¶ Uel poſſumꝰ dicere aliter ⁊ forte meliꝰ. ꝙ poſtꝙ̃ oſtẽdit que operatiões ꝓueniunt in gñatione fetus circa pncipium cõceptionis. hic oſtẽdit quis effectus ⁊ qđ operatuʒ ꝓueniat ex h circa pncipiũ generatiõis fetus in matrice. Et duo facit. qꝛ pmo facit hoc. 2º declarat que dixit in ꝓpria experientia. ſcđa ibi. (At vero ſex diebus manens in matrice) In pma pte dicit ꝙ ſperma inflatũ. i. tumefcñ. qꝛ vt dicit Auic. 3º cañ. pma operatio que fit in ſpermate eſt ꝙ fit tumefactũ ⁊ ſpumoſum. facit pãniculũ. ſup. quẽdam: aut p ⁊: ſup. ille pãniculus factus cõtinuus totꝰ ſicut viſcoſus. i. ad modũ cuiuſdaʒ viſcoſitatis extendit̃ exterius circa ſpm. ſ. ſpma. ⁊ declarat in exẽplo exteriori: tãꝙ̃. i. ſicut ſup. contingit in pane aſſato. i. qñ aſſatur in furno. qꝛ tunc ſubtile. ſup. qđ eſt in paſta: caleſcẽ. ſup. pane ſtat. i. circũdat ſuperficialiter. i. exterius in ſpẽm panniculi. i. ad ſimilitudinem cuiuſdaʒ tele. qꝛ facit quãdaʒ cruſtam duram circa paneʒ: ⁊ tunc panis inflatus eleuatur ſm quãtitatem ſue inflationis ⁊ fit ad modũ rei pãniculoſe: ⁊ tunc adaptat h exemplũ ad ꝓpoſituʒ: aũt: pro ſimiliter panniculus circũſit exterius toti ſpermati calefacto ⁊ inflato. ⁊ iuxta medium ſpermatis eſt quidam meatus qui tendit ad extra per quẽ ſpiritus trãſit ad intus ⁊ extra. qui tranſitus ⁊ meatus eſt vmbilicus pueri per quem ſuſcipit nutrimentum: ex h panniculo: diſtat. i. ſeparatur: tenue. i. illud qđ eſt ſubtile ⁊ aquoſum: ex quo generatur ille panniculus: ⁊ ſupple de ſpermate. i. de ſubſtãtia ſpermatica: parum eſt in ſe. ſ. in generatiõe illius pãniculi: eſt rotunduʒ. i. fit figure rotunde. in pãniculo. ſup. contentũ. ¶ Iuxta quã partem eſt intelligenduʒ ꝙ Hypp. in his verbis inſinuat nobis multa: ⁊ pmũ ẽ illud qđ ꝓuenit pmo ex actione ſpermatis. cum dicit ſperma inflatuʒ facit panniculũ. Illud ergo qđ pmo generatur in embriõe eſt pãniculus: qui circũuoluit ſperma vtriuſqʒ. ¶ Scđo inſinuat modũ generationis illiꝰ panniculi: quia dicit ꝙ fit ex calefactione partis exterioris: ſicut cõtingit in cruſta panis ex aſſatione. attrahitur eñi pars ſubtilis ⁊ aquoſa a calido a centro ad circũferentias ⁊ aſſatur ⁊ fit cruſta. ita etiaʒ ex calefactione duoꝝ ſpermatũ fit quedaʒ cruſta in qua circũuoluitur totuʒ ſperma. ¶ Tertio inſinuat differentiã inter materiã ex qua fit ille panniculus: ⁊ iſte fetus: ſicut appoſuit differentiã inter cauſaʒ efficientẽ vtriuſqʒ cum dixit. Calefactio ⁊c. ita hic inſinuat diuerſitateʒ materie vtriuſqʒ. Nam per hoc ꝙ dicit tenue dat diſpoſitionẽ materie panniculi. quia pãniculus fit ab humiditate ſubtili aquoſa attracta ad ſuperficiẽ ⁊ indurata a calido: vt vult Auicen. 3º cano. ¶ Per hoc autẽ qđ dixit. hoc aũt aliud ſperma. ſ. pars groſſa que remanet dedit itelligere diſpoſitionem materie fetus. quia ex ea debet generari aliqđ ſoliduʒ: ⁊ ideo oportuit ꝙ eſſet groſſa materia fetus. Differentia ergo inter ſubaʒ pãniculi ⁊ fetus eſt duplex. vna eſt in ſubſtãtia: alia in qualitate: quãtũ ad ſubam eſt differentia: quia ſuba que ſubycit̃ in generatiõe panniculi eſt tenuis: ſed illa que ibi continet̃ eſt groſſa ⁊ corpulenta: qꝛ fetus qui debet inde generari debet eſſe quid groſſum et corpulentuʒ ⁊ lineatuʒ ⁊ figuratũ. talis aũt configuratio magis cõſeruatur in ſuba groſſa ⁊ dura ꝙ̃ in fluxibili ⁊c. ¶ Secundo differt materia pãniculi a materia fetus in qualitate. quia qđ ſubycitur pro materia panniculi eſt ſicut ſuperfluitas quedam: reliquũ autẽ qđ eſt materia fetus eſt purum magis. Et ratio huiꝰ eſt. quia per accidens pãniculus intendit̃ a natura: qꝛ ſoluʒ vt fetus habeat melius eſſe: ſed fetus per ſe intendit̃. quare ⁊c.

**Sed quia** Hyppo. dicit ꝙ ſperma inflatũ facit panniculum orit̃ dubꝰ non modica: vtruʒ. ſ. panniculus iſte generet̃ a virtute generatiua exiſtente in ſpermate: an ſolum ex calefactione matricis. ⁊ videtur ꝙ ſoluʒ generet̃ a caliditate matricis. pmo qꝛ Hyppo. dixit ſupra ꝙ ſperma iniectũ in matriceʒ pmo colligit̃ ⁊ ingroſſatur calefactum. Cum ergo hec ingroſſatio fiat in matrice ex illo calefacto videt̃ ꝙ eodẽ modo ex vltimiori decoctione vel calefactione generet̃ a calido illo pãniculus ille. ¶ P̄. Ariſto. 2º de generatione animaliũ. dixit ſic. conueniente aũt corporeo. i. menſtruo ſegregatur calidũ humidum ⁊ circumſtant in circuitu hymenes. i. pellicule ⁊c. ibi enim legendo videt̃ velle ꝙ ex calefactione tales pellicule generent̃. ¶ P̄. Hyppo. dicit ꝙ iſte panniculus generatur ſicut cruſta in pane. cõſtat aũt ꝙ illa cruſta generatur a calido aſſante in ſuperficie materiã panis. ergo ⁊ eodẽ modo pãniculus. ¶ P̄. h arguit̃ rõne. quia illa pellicula pmo gñata: aut generat̃ a caliditate matricis: aut a ſpmate maris: aut femelle. nõ a ſpermate femelle: qꝛ in ipſo nõ eſt aliqua virtus actiua: vt oſtenſuʒ eſt ſupra: nec a ſpermate maris: qꝛ ſpma maris ſolũ habet virtuteʒ ab eo a quo decidit̃: ſed cum illud a quo decidit̃ non habeat iſtas pelliculas. ſed ſolũ mẽbra. ergo ſperma maſculi non habet virtutem generandi niſi membra ⁊ nõ pelliculas. relinquitur ergo ꝙ ſolum ſit generatus iſte panniculus a caliditate matricis.

In oppoſitū videt̄ eſſe Yppo. in p̄mo verbulo quādo dicit ꝙ ſperma iſlatū facit pāniculum. per h̄ ergo videt̄ innuere ꝙ pāniculus ille generatur a ſp̄mate ꝑ ei⁹ v̄tutē iformatiuā ⁊ nō ſolū a calo.

Ad iſtā qōnem dico ꝙ intentio quorūdā fuit ꝙ talis pellicula circūuoluens ſp̄ma generet̄ ſolum ex caliditate aſſante exiſtēte in matrice ex qua aſſatione ꝓuenit cruſta. ¶ Sed h̄ opinio reprobat̄ ab Auicē. 9° de aīalibus. qꝛ vt dicit in matrice nō eſt caliditas aſſans: cuius ſignū eſt: qꝛ in ipſa interius eſt humiditas multa circa ſuperficiem eius interiorē: h̄ aūt nō eſſet ſi in ea eſſet caliditas aſſans: ſed eſſet cōſumpta totaliter. ¶ P̄. ſi h̄ eēt vt ipſe dicit: tunc ſimili modo omne aliud humidū cōtentū in loco calido haberet cruſtam in ſuperficie: qꝛ nō eſt maior rō de vno ꝙ̄ de alio. h̄ aūt eſſe eſt falſum manifeſtuꝫ: qꝛ chilus exiſtens in ſtōaco eſt humidus in calido loco: ⁊ tñ cruſtam nō hꝫ. ſimiliter ſanguis in epate vel in venis. quare ⁊c̄. Unde dicit ſic Aui. ⁊ ſtultus eſt qui dicit ꝙ operatur matrix ſicut caliditas in. f. ⁊c̄. ¶ Et ideo dicēdū eſt aliter ad qōnē. Dico ergo p̄mo ꝙ h̄ tela ⁊ pellicula generatur p̄ncipaliter a virtute iformatiua que eſt in ſp̄mate maſculi. 2° dico ꝙ quātū ad aliquid iſta virtus informatiua iuuat̄ a calefactiōe matricis. Primū declarat̄ ex duobus. qꝛ ſic ſe hn̄t fetus ⁊ pellicule circūdantes fetuꝫ ⁊ ligamenta quibus fetus alligat̄ matrici: ſicut ſe hꝫ fructus et ligamentū ei⁹ ⁊ cortex ⁊ cooperimēta vt frondes ad ipſaꝫ arborem. ſed eadē eſt virtus arboris generatiua fruct⁹ et ligamenti ⁊ corticis ⁊ frondiū. ergo etiā ab eadeꝫ virtute generabit̄ fetus ⁊ pellicula ip̄m circūdans ⁊ ipſi⁹ ligamēta: h̄ autē eſt virtus que eſt in ſpermate maſculi. ergo ⁊c̄. ¶ P̄. omne qḋ generat̄ ꝓpter finē determinatū ⁊ ꝓpriū generat̄ a virtute nāe. ſed pellicula circūdans fetū eſt generata ꝓpter finē ꝓpriū intentū ⁊ determinatuꝫ a natura. ergo ⁊c̄. Maior pꝫ. qꝛ agens nāle non agit niſi motū a fine: ⁊ ꝓpter finē aliquem. Minor pꝫ per ph̄m 2° de generatione aīaliuꝫ. Dicit. n. ꝙ h̄ pellicula fit gr̄a alicui⁹. ergo iſta pellicula generat̄ a v̄tute informatiua maſculi. ¶ Et videte. vlterius ſi inſpiciamus nāꝫ calidi abſolute nō poterit talem pāniculū gn̄āre. Cuius rō eſt: qꝛ eius actio nō eſt terminata nec limitata a fine. talis aūt panniculus eſt ꝓpter finem: ⁊ ideo ꝓportionatur cauſe agenti determinate: ⁊ ꝓpter finem: ⁊ nō calido abſolute: ⁊ ſic apparet p̄mū. ¶ Dico 2° ꝙ actio naturalis ſpermatis in gn̄atiōe taliuꝫ pellicularuꝫ ⁊ pāniculorū iuuatur a caliditate loci calidi .ſ. matricis: qꝛ ſicut apparet. 4. metheoroꝝ. ⁊ 2° de generatione aīalium. lꝫ virtus informatiua ſpermatis ſit p̄ncipalis in gn̄atione: iuuat̄ tñ a calido. ⁊ ideo dicebat ph̄s 2° de generatione aīaliuꝫ. Cōueniente aūt corporeo deſiccatur humidū ⁊ circumſtant hymenes. Et gratia alicuius: ita ꝙ ibi eſt duplex rō attendenda. naꝫ eſt ibi generatio: ⁊ vt ſic de neceſſitate iuuatur a calido: ſed in q̄ꝫtum h̄ generatio ē gratia alicuius finis: ⁊ h̄ fit ab agente ꝓpter fineꝫ ⁊ vt ſic generatur a virtute nāe que ē in ſpermate maris. ¶ Sꝫ qꝛ dictū eſt ꝙ h̄ pellicula eſt generata ꝓpter fineꝫ ⁊ vtilitatem quādam vt videat̄ que vtilitas eſt h̄ eſt notandū. ꝙ dato ꝙ Yppo. loquatur de iſta pellicula in ſingulari: tñ iſte pāniculus eſt triplex: ſicut dicit Auic. 9. de aīalib⁹. Nam vnus eſt pāniculus vel mēbrana: qḋ idem eſt que imediata circūuoluit̄ ſpermati: ⁊ iſte pāniculus aſſimilat̄ pāniculo interiori inuoluto circa ouum. Et ideo dicit̄ ab Ar. ꝙ ſi in. 40. diebus cadat fetus in terrā apparebit iſte pāniculus. ⁊ iſte pāniculus eſt circa ſperma vt virtus eius coadunetur ⁊ nō diſpergatur: quia virt⁹ vnita fortior ē ſe diſperſa. Item ne imediate tangat res duras ⁊ ſolidas vt matricem que eſt corpus ſolidum: ſperma autē eſt valde paſſibile ⁊ molle. ſecūdus panniculus eſt qui recipit acutas ſuperfluitates fetus: vt vrinam ſudoreꝫ ⁊ talia ſuperflua generata in embrione q̄ emittūtur per vmbilicū. vnde pueri non mingunt aliter in matrice: ⁊ ideo per illam pelliculaꝫ expellunt illas ſuperfluitates: ⁊ h̄ pellicula nō inuoluit totum fetuꝫ. ſed ſolum in partibus inferioribus vt contineat eas ⁊ eſt diſcooperta in parte ſuperiori vt recipiat illam ſuperfluitatem acutaꝫ mordicatiuā ne ledat fetum. ⁊ ꝓpter h̄ contingit ꝙ in partu exit multa aquoſitas cum fetu. 3ª pellicula eſt illa per quā fetus alligatur matrici que dicit̄ ſecundina cum qua continuat̄ vmbilicus pueri ⁊ terminatur ad extremitates quarūdaꝫ venarum que ſunt in matrice per quas puer ſuſcipit nutrimentum. Ex his ergo apparent iuuamēta harum pelliculaꝝ ꝓpter que fiunt a natura. ¶ Ex his ergo patet ſolutio ad rōnes. ad auctatē Yppo. dico ꝙ Yp. voluit per hoc ꝙ p̄ncipaliter generat̄ a calido illo: ſed ꝙ adiuuaret̄ a calido matricis. ⁊ ideo dedit ſimilē modū generationis eius: ſicut in pane aſſato. Et per h̄ patet ad aliaꝫ auctatē Yp. ⁊ etiaꝫ Ariſto. ¶ Ad rōneꝫ aūt dico ꝙ fit a ſpermate maſculi. Sed aduertendū ꝓpter diſſolutionē rōnis ꝙ eorū que fiunt a natura quedā fiūt ex p̄ma intentiōe ⁊ p̄ncipaliter: ⁊ iſto modo a ſp̄mate maſculi fit fet⁹ et eius mēbra: quedaꝫ aūt fiunt ex cōſequēti ⁊ ſecūdario a natura: ⁊ iſto modo: qꝛ natura facit in vnoquoqꝫ qḋ eſt optimuꝫ: vt pꝫ 3° celi ⁊ mundi. ideo natura fecit meliori modo quo poſſibile fuit in ꝓductione fetus: ⁊ qꝛ meli⁹ cōſeruabat̄ fet⁹ ſi inuolueret̄ in tali pāniculo ꝙ̄ aliter: ideo ꝓpter fetū ⁊ ſecundaria intētiōe pāniculuꝫ generauit. ¶ Ad ꝓbationē ergo que eſt in ꝯ̄rium ꝙ ſp̄ma hꝫ virtuteꝫ generatiuam a maſculo a quo decidit̄ concedat̄. ⁊ cum dicit̄. in eo a quo decidit̄ non eſt aliqua pellicula. Dico ꝙ nō ſolum recipit ab ipſo virtutē eorum que ſunt in patre in actu. ſed ēt eorum que ſunt in eo potētialr̄ ⁊ virtute. qꝛ vt dicit̄ 3° de generatione aīaliū. fet⁹ aliqñ aſſimilat̄ patri. aliqñ auo ⁊ nō patri. aliqñ ꝓauo ⁊c̄. aliqñ nulli parentū niſi in eo ꝙ aīal vel homo. Dato ergo ꝙ nō ſit in actu pellicula in viro a q̄ ſperma deciditur: tñ eſt in virtute in eo .ſ. in q̄ꝫtū fuit p̄mo embrio vel fetus. ¶ Uel dōm alr̄ ꝙ ſp̄ma hꝫ virtutē generatiuaꝫ ab eo a quo decidit̄: ⁊ ēt a corpore celeſti. qꝛ nā nō agit: niſi vt dirigit̄ ab intelligentyа ſm̄ intētionē Ar. 12. metaph̄. ⁊ etiaꝫ medicoꝝ. ⁊ ideo de v̄tute informatiua dubitat̄ quid ſit ⁊ a quo ſit: ita ꝙ Gal. de ipſa dubi⁹ attribuit ipſam altiori p̄ncipio. vt dicit Cōmētator. 9. metaph̄. Quid tñ ſit h̄ virtus infra apparebit in quadaꝫ qōne: ⁊ iō nā agens ꝑ finē facit ea que req̄runt̄ ad cōplemētū eius qḋ generat̄ virtute intelligētiaꝝ: ⁊ iō opus nāe eſt op⁹ intelligentie: ⁊ ſic ad illud. ¶ 2° circa lr̄am eſt du⁹ de eo qḋ dicit. Juxta aūt mediū ſp̄matis fit trāſitus ſpūs ad intus ⁊ extra per pāniculū in quo cōtinet̄ ſp̄ma rotundū. qꝛ dubitaret aliquis: quare ſm̄ mediū ſp̄matis fit tranſit⁹ ſpūs ad intus ⁊ extra. imo videt̄ ꝙ deberet dicere ad partem ſuperioreꝫ. qꝛ ſpūs iſte calidus eſt: ideo deberet moueri a centro ad circūferentias ⁊ nō ad mediū. ¶ Ad diſſolutionem h⁹ notandum ꝙ ſpūs accipit̄ dupl̄r. vno modo large .ſ. pro omni corpore calido ſubtiliato. alio modo ꝓprie .ſ. pro calido qḋ eſt inſtrumētuꝫ forme nālis dantis vitam: tunc dico ꝙ loquēdo de p̄mo ſpiritu verū eſt ꝙ de ſui natura eſt moueri de centro ad circūferentiaꝫ. vt tu arguis. ſed loquēdo de ſpiritu ſc̄do modo dicto: dico ꝙ talis ſpūs mouet̄ ſm̄ ꝙ requirit forma nālis cuius eſt inſtr̄m: qꝛ ab ea dirigit̄ ⁊ regulat̄ in ſuo motu ⁊ operatiōib⁹: ⁊ de h̄ ſpū loquit̄ hic Yppo. cuius eſt membra informare. ⁊ cauſa hui⁹ eſt duplex. vna eſt: quia ſm̄ modum ſpermatis attrabit ſibi nutrimentū: qḋ attractuꝫ in medio poſſit vndiqꝫ



Fundación Uriach

tranſmitti ad formandū mēbra verſus ſuperi⁹ ꝛ inferius ꝛ verſus dextrū ꝛ ſiniſtrū. vt ergo fieret melioꝛ formatio membroꝝ fecit ſibi viā in medio ſpermatis magis ꝙ̄ in aliqua alia parte. ideo fecit ſibi viam in medio. itē q2 exiſtens in medio pōt melius vndiq3 perfoꝛare ꝛ vaſa cōſtituere per que attrahit̄ ꝛ mittitur nutrimentū ad mēbra. ſubdit aūt vlterius ꝙ reliquū ſperma cōtentū in pānicu lo eſt rotundū. ꝛ per h̄ innuit dr̄iā que eſt inter materiā pellicule ꝛ fetus: q2 ipſa pellicula eſt generata ex ſcd̄a intentione nāe. illud vero groſſum qd̄ eſt contentū in ea ex intentiōe p̄ma ꝛ p̄ncipali. cauſa aūt quare illud cōtentū in eo eſt figure rotunde eſt duplex. p̄ma eſt: q2 de humidi natura eſt ꝙ quādo ſtat ꝛ permanet acquirit formā rotūdam: vt patet in lachrymis ꝛ in aqua que reperit̄ ſup frōdes. ꝛ q2 hoc ſperma incipit ꝯſtare in pānicuIo illo. Item q2 p̄mū qd̄ d3 generari eſt coꝛ: poſtea cerebrū ꝛc̄. Et q2 qd̄ p̄mo d3 generari eſt figure rotūde. iō ꝛc̄. Et vlterius: quia pellicula figurat̄ ſm ꝙ ſperma contentū in ea rotundat̄. ideo etiam pellicula circundans ſperma fuit figure rotūde. ¶ Deinde cum dicit.

**At vero** ſex dieb⁹ perman ēs.) Hic manifeſtat oīa que dixit in quadā pulcherrima expientia in qua vult oſtendere quō p̄mū qd̄ generatur eſt pellicula circundans ſperma: ꝛ ſatis patet.

**Quia** q̄ſitū eſt circa ſp̄ma femīe ꝯñr q̄rat̄ circa ſp̄ma viri. querat̄ ḡ vtrū ſp̄ma maſculi cedat in ſubā fetus. Et arguit̄ ꝙ ſic. q2 Aui. 9° d̄ aīalib⁹. ꝛ 3° cap̄. dic̄ ꝙ ſp̄ma maris ſm plurimū eſt ſuſtentamētū fetus. ꝛ vt dicit̄ ibi plures hoīes putauerūt Ar̄. intellexiſſe ſperma viri nō eſſe partem ſube fetus. ſed h̄ nō fuit eius cōſiliū ꝛc̄. ¶ P̄. ſi ſp̄ma maris nō eſſet pars fetus: tunc fetus nō aſſimilaret̄ patri. ſed cōſequens eſt falſum. ergo ꝛ añs. falſitas ꝯñtis eſt nota ad ſenſum. p̄batio ꝯñtie. q2 genitū nō videt̄ generanti aſſimilari: niſi q2 aliqua particula decidit̄ a generāte que remanet in ipſo generato. ꝛ hoc videtur velle ph̄s p̄mo de generatiōe animaliū. Dicit eni3 ſic. ꝙ ſperma eſt ſicut veſtigium derelictū ab omnibus mēbris vt hēat ſimilitudinem generādi membra. h̄ aūt nō eſt niſi fetus. ergo ꝛc̄. ¶ P̄. ſicut ſe h3 coagulum lactis ad caſeum ſic ſe h3 ſperma viri ad fetū: ſed coagulū remanet in caſeo. ergo ſperma viri in fetu. Maioꝛ p3. q2 ſicut ſperma habet virtutē actiuā reſpectu mēbroꝝ ſic coagulū reſpectu lactis. Minoꝛ patet ad ſenſum. ergo ꝛc̄. ¶ P̄. ſi ſperma maris nō cederet in māā fetus: tūc ſequeret̄ ꝙ egrederet̄ a matrice fetu cōcepto. ſed ꝯñs eſt falſū. ergo ꝛ antecedēs. falſitas cōſequētis eſt nota. q2 nunꝙ̄ fuit hoc viſum. p̄batio cōſequentie. q2 ſi ſperma maris nō egredit̄: ſed retinet̄ ꝑpter fetum: neſcio ingredit̄ ſubām fetus: aut dicas quid fit ex eo. ¶ P̄. ſic ſe habet ſperma ad fetū ſicut coꝛ ſe h3 ad generationē aliarū partiū fetus: ſed coꝛ remanet in generatione membroꝝ fetus. ergo ſperma remanet etiā in ſuba fetus. Ideo dicebat ph̄s 2° de generatiōe aīaliū. ꝙ ſic ſe h3 coꝛ in generatiōe membroꝝ: ſicut ſemen iniectū in terram in quo p̄mo oꝛit̄ germen a quo omnia alia generant̄ vel oꝛiuntur. ḡ eodē mō ſperma manebit in fetu ſic̄ ꝛ coꝛ.

**In oppoſitū** eſt ph̄s p̄ de gnātōe aīaliū. vbi expſſe dic̄ ꝙ illud qd̄ emittit̄ a maſculo nulla eſt pars ꝯſtituti fetus. dicit. n. ſic ad litterā. Quecūꝗ enim que emittunt̄ maſculoꝝ nulla particula h⁹ eius qui fit fetus quēadmodū a fabro ꝛc̄.

**Ad queſtionem** iſtā videt̄ mihi dōm eſſe: l3 Auic. dixerit ꝯ̄riū: q2 magis credo Ar̄. ꝙ̄ Auic. ꝙ ſperma maris nullo modo ingreditur in ſubām fetus. ꝛ hoc declaro triplici via. Quarū p̄ma eſt ſumpta ex rōe p̄ncipij actiui ꝛ paſſiui. Scd̄a via ſumitur a ſimilitudine ſ3 quā ſperma viri agit in ſp̄ma femie. Tertia ſumit̄ a rōne maſculi ꝛ femelle. ¶ P̄ria rō talis eſt. ſi ſp̄ma maſculi eſſet de ſuba fetus: tūc idē eſſet actiū ꝛ paſſiuū reſpectu ſui ipſius. ꝯñs eſt ipoſſibile. ergo ꝛ añs: falſitas ꝯñtis eſt nota. q2 actiū p̄ncipale nō pōt eſſe paſſiuum vt ſic. ꝛ bñ dico actiū p̄ncipale ꝑpter actiua ſcd̄aria: que bene poſſūt cedere in māā: q2 ſunt paſſiua reſpectu actiui p̄ncipal. verbi grā. elīa oīa quodāmodo agūt qñ veniunt ad mixtionē: q2 inter ipſa eſt ꝯ̄rietas: ꝛ tñ ipſa cōuertunt̄ in ſubām mixti māe in māā ꝛ forme in formā mixti. ꝛ h̄ eſt: q2 nō ſunt p̄ncipale agens in illa mixtiōe. ſed calidum ꝓpoꝛtionatū ꝛ menſuratū a coꝛpoꝛe celeſti ē p̄ncipale agēs in omni mixto: vt apparet circa finē quarti metheoroꝝ. ꝛ tale agens p̄ncipale ipoſſibile eſt recipere formā mixti vel paſſi. quia omne agens ſm ꝙ hōꝫ eſt ens in actu: omne aūt patiēs ſm ꝙ hōꝫ eſt ens in potentia: ipoſſibile aūt eſt idē eſſe in actu ꝛ potētia reſpectu eiuſdē: q2 actus ꝛ potētia ſunt p̄me dr̄ie entis maxime oppoſite. vt dicit Cōmētatoꝛ circa p̄ncipiū p̄mi de aīa. ¶ Et ꝓpterea dicebat ph̄s 2° phyſi. ꝙ māā ꝛ efficiēs nō coincidūt. ꝯñā declarat̄. q2 ſperma maſculi eſt agens: q2 h3 virtutē actiuā. ſi ergo reciperet formā quā dat fetui: tunc eſſet in potentia paſſiua ad illā formā. ergo agens p̄ncipale eſſet actu ꝛ potentia reſpectu eiuſdē: qd̄ eſt ipoſſibile. ¶ Sed tu dices. iſta rō non eſt cōtra me. q2 ego dicā ꝙ pars ſpumoſa ꝛ ſubtilis que eſt in ſpermate viri agit in ſperma femine generando mēbra ꝛ agit in partē coꝛpulentā ſpermatis viri generādo ex ipſa ſpūm infantis: ꝛ tunc illa pars coꝛpulenta ſpermatis viri erit ſolū māā ꝛ nō agens: ꝛ ſic erit de ſuba fetus. ¶ Et videtur h̄ bene eē poſſibile: q2 tales partes ſpermatis viri apparent diſticte loco ꝛ ſubo: quia in eo eſt quedā pars ſubtilis perſpicua: ꝛ alia quedā pars globoſa alba: ꝛ coꝛpulenta. quare ꝛc̄. ¶ Ad h̄ dico ꝙ hoc nō valet. p̄mo quia ſic cōparat̄ ſpūs ad ſperma a quo decidit ſicut cōparatur ſpūs ad membra. ſicut ergo ſpiritus ſaluat̄ in membris ꝛ membra agunt per ſpm̄. ſic ſpiritus exiſtens in ſpermate viri. ita ꝙ totum humidū eſt illud qd̄ agit. ſicut ergo non fit diſtinctio inter ſpm̄ ꝛ membrum: ita nec inter partē ſpumoſam ſpermatis ꝛ coꝛpulentam: ꝛ ſicut coꝛrupto membro coꝛrūpitur ſpiritus qui eſt in eo. ſic etiā coꝛrupto illo coꝛpulēto ſpermatis coꝛrūpitur ꝛ ſpirit⁹. Et ideo voluit Auicē. ꝙ coꝛ cōſeruaret ſpiritum ꝛ eſſet eius minera. ſi ergo coꝛrūperet̄ illa pars coꝛpulenta cōtinens ſpūm nō fieret generatio. q2 coꝛrūperetur ſpiritus habens virtutē generatiuā qui eſt in illo coꝛpulēto. ſpūs aūt generatus qui remanet in coꝛde ꝛ in mēbris nō habet virtutē generatiuā membroꝝ: vt infra declarabitur: ſed ſolū eſt p̄ncipiū operationū ꝛ foꝛma membroꝛum quo ad operationes: quare imaginatio illa ſtare nō poteſt. ¶ Item nō valet ꝑpter aliud: quia ſic ſe h3 in generatione: ſicut in nutricatiōe: ſed in nutricatiōe nō eſt alia materia membroꝝ ꝛ ſpūs. ſed ex eadem materia reſtaurant̄ ꝛ coꝛpus ꝛ ſpiritus ꝛ mēbra. ergo etiā ex eadē materia generabit̄ ſpiritus ꝛ non ex vno ſpermate ſpirit⁹ ꝛ ex alio membra. Maioꝛ patet. quia nutritio eſt generatio quedam: vt apparet 3° de anima. ꝛ non differunt: niſi ſm totum ꝛ partē. ſed eadē eſt materia totius ꝛ partis. ergo ꝛ generationis ꝛ nutricatiōis. Minoꝛ apparet. quia tam membra ꝙ̄ ſpūs reſtaurant̄ ex ſanguine: l3 ſpirit⁹ ex parte ſubtilioꝛi ꝛ membra ex groſſioꝛi. ergo eodē modo erit in ꝓpoſito. ¶ Item nō valet 3° ꝑpter aliud. quia fruſtra fit per plura qd̄ poteſt fieri per pauciora. cū ergo natura non abūdet in ſuperfluis: ꝛ generatio fetus poſſit ſufficienter fieri ex ſpermate femie. ergo nō debem⁹ dicere

ꝙ fiat ex ſpermate maſculi: q̄re nō valet. Et ideo ſicut ex motore ꝛ moto non fit vnum ſic nec ex ſpermate maſculi qđ eſt mouens: ꝛ ex alio ſpermate qđ eſt motum.

¶ Scđo declarat̄ ꝓpoſitū ꝑncipale per rōnem ſumptaꝫ a ſimili: q: fetus generat̄ in mā menſtruali a ſpermate maſculi: ſicut archa ex ligno a carpentario. ſicut eniꝫ carpentarius inducit formaꝫ arche ex ligno per ſpecieꝫ ꝛ artem quā habet in anima ſua. ſic ſperma viri inducit formā in materia que eſt menſtruuꝫ per virtuteꝫ quā habꝫ ab eo a quo deciſum eſt. ſed ex carpentario ꝛ ligno in factione arche nō fit aliqđ vnuꝫ. ergo nec ex ſpermate maris ꝛ femine fiet aliqđ vnū. nō erit ergo de ſuba fetus. ¶ Sed aduertendum ꝙ ſperma maſculi aliqñ aſſimilat̄ organo: poteſt etiaꝫ aſſimilari carpētario: ꝛ pōt aſſimilari arti ꝛ ſcie. ſed diuerſimode: quia dicit̄ organū eius ſicut ſerra carpētarij dicit̄ organuꝫ quo carpentarius inducit formā ſcāni in lignum: ſic ſperma agens in virtute eius a quo deciditur pōt dici eius inſtrumentum. ſed vt hꝫ virtuteꝫ qua agit mediante ſpiritu eius pōt aſſimilari carpētario: ꝛ eiꝰ ſpiritus ꝛ virtus erit ſicut organum eius. aſſimilat̄ aūt arti inquātum eſt quid diuinū in eo qđ agit. ſicut ergo in organo vel ſcia ꝛ carpentario ꝛ ligno nō fit aliquid vnū: ſic nec ex ſpermate ꝛ menſtruo fiet aliquod vnum.

¶ Tertio declarat̄ ex alio: q: ſic dꝫ eſſe in gnātiōe fetꝰ hominis: ſicut ꝛ aliorū aīaliū que generant̄ ex maſculo ꝛ femella. ſed in generatōe quorūdā animaliū maſculus nullam ſubam corporaleꝫ emittit. ſed ſolū dat ſibi virtutē ex cōtactu femine que imittit mēbrū in maſculum. ergo ſic erit in homine ꝙ nō dat fetui aliquā ſubam corporalem. Maior pꝫ. quia oīa animalia generata per maſculū ꝛ femellam habēt ſimileꝫ modū generabilē in generatiōe. ſi ergo ſola virtus ſufficit in quibuſdā aīalibus: ſic etiā erit in hoībus. Minor pꝫ. q: quedam femelle emittūt membrum in maſculuꝫ ꝛ ex cōtactu virtutis eiꝰ fit fetus: ſicut apparet in muſcis in quibus femina emittit in maſculū. ¶ Propter qđ ſciendū ꝙ quedā aīaliū. ſ. hñtia multū de calido emittunt ſperma in femellā. ſed aīalia hñtia parū de caliditate ꝑpter eorū debilitatē imittunt in maſculū. ſicut ſiquis portauerit mām ad cōditoreꝫ: ſicut exēplificat phus: ferrū ad fabrū vt induceret formā cultelli. ꝛ tñ faber nō ingrederet̄ mām cultelli. relinquit̄ ergo ꝙ ſperma viri nō ingrediat̄ ſubam fetus. ¶ Ex his apparet ſolutio ad rōnes. ¶ Ad auctē Aui. ꝑmo dico. ꝙ in h̄ nō recipio eius auctē: ſed magis credo Ar. ꝛ eiꝰ ꝑncipijs: ꝛ male dicit quando illaꝫ opinionem attribuit Ar. q: lꝫ dicat ꝙ illud fuerit cōſiliū Ar. tñ ſi bene inſpiciat̄: eſt cōtrariū ſui conſilij. ¶ Ad rōnem ꝑmā in contrariū cuꝫ dicit̄. tūc fetus nō aſſimilaret̄ patri. dico ꝙ nō ſequit̄: imo ſi hñ deducat̄ ꝓbat oppoſitū eius qđ dꝫ ꝓbare. q: ſi ſperma viri eſſet pars fetus nō aſſimilaret̄ matri. q: aſſimilatio ꝓuenit ab agente: ꝛ nō a mā. q: ſicut faber inducit in ferrum formā cultelli ſimileꝫ ei que eſt in aīa eius: ſic ꝛ ſpma per virtutē quā hꝫ ab eo a quo decidit̄ inducit formā ei ſimilem. ſi aūt cederet in mām nō poſſet recipere formā quā induceret. quare ꝛc. ¶ Ad aliā. ſicut ſe hꝫ coagulū ad caſeum ꝛc. concedat̄ vt ſic. ad minorē dico per interemptionem. q: coagulum nō eſt pars caſei. vt vult phus 2° de generatione animaliū: vt apparet intuenti. ¶ Ad aliud cū dicit̄ ꝙ tūc egrederet̄ a matrice. dico ꝙ iſta rō querit qđ fiat de ipſo ſpermate viri poſt generationē. Sꝫ ad hoc reſpondet phus 2° de generatione animaliū: ꝙ diſſoluitur poſt generationē fetus ꝛ poſt eius factionē. Cuius rō eſt. quia tale ſperma ē ſube humide ꝛ aquoſe. ꝛ ideo dicit ibi ꝙ non eſt querendū ꝙ ſemper videamus ipſuꝫ egredi foris. Item quia eſt modice quātitatis cito pōt poſt generationem fetus diſſolui. ¶ Uel poſſumus dicere ꝙ retinetur ꝛ cōſeruatur vſqꝫ ad expulſionē fetus cuꝫ alijs ſuperfluitatibus. cum etiā ſit quoddā ſuperfluuꝫ ex quo cōpletur actionem ſuam. quare ꝛc. ¶ Ad aliam cuꝫ dicit̄: ſicut ſe hꝫ cor ad generationē membrorū: ita ſe hꝫ ſperma viri ad generationē fetus. poſſum dicere ꝙ nō eſt ſimile. quia cor generat alia mēbra. ſed ſpma viri oīa generat. ¶ Ul dōm ꝙ cōceſſa maiori nō hñ ſumitur minor ſub maiori: q: deberet dicere ꝙ cor nō remanet in generatiōe aliorꝫ membrorꝫ vt ſuba corꝫ. ergo nec ſpma in ſuba fetus: ꝛ h̄ ē cōceſſum. ſed nō ſequit̄ ꝙ ſi cor remanet vt pars fetus. ḡ ꝛ ſperma viri: ꝑpter qđ rō nō cōcludit: ꝛ ſic de illo.

**Dicam aūt** ꝛ aliam cognitionē ꝛc.) Poſtq̄ Yyp. oſtēdit in ꝓcedētibꝰ que ſunt illa que ꝓueniunt in ſpermate mulieris tēpore generationis: qđ ē in ſpatio ſex dierū: ꝛ omnia declarauit in quadā pulchra experientia. Hic oſtēdit illa que ꝓueniunt in ſpmate mulieris exiſtētis in matrice in tēpore generatōis: qđ tēpus eſt poſt ſpatiū ſex dieruꝫ. Et ꝑmo ꝑmittit qđ intendit. 2° exequit̄. ſcđa ibi. (Et h̄ quideꝫ dicta ſunt a me.) In ꝑma parte dicit: ita dictuꝫ eſt ꝛc. aūt pro ſed. ſup. āmō. Dicam cognitionē aliaꝫ: ſup. a ꝑdicta: apparentem. i. corꝫ que apparēt in hoc. ſ. ſpermate mulieris: poſterius. i. poſt ſpatiuꝫ ſex dieruꝫ: cuilibꝫ volenti ſcire de hoc. ſ. de mō generationis fetus: in matrice: ꝛ ſcđo faciam declarationē: ad argumentū omni meo ſermoni. ſup. oſtendendo: ꝙ eſt verū. i. ꝙ homo ſciat aliquid dicere de his rebus quādo interrogatur plus q̄ alij. ¶ Deinde cum dicit.

**Et hoc** quidē a me.) Hic exequit̄ intentū ſuū. ꝛ tria facit. q: ꝑmo oſtēdit que opatiōes ꝓueniūt ꝑmo ex generatione fetus poſt ſpatiū ſex dierū. 2° oſtendit qđ operatū ꝓueniat ꝑmo. 3° declarat quedaꝫ dicta. 2° ibi. (Sed aſcendens ſanguis a toto corpore mulieris.) 3° ibi. (Quādo mulier in vtero hꝫ) vel ſic (mulier aūt quādo in vtero hꝫ.) Prima in duas. q: ꝑmo oſtēdit ꝙ ex operatione quā efficit ſpūs in ſperma mulieris augetur illud ſperma ꝑpter ſanguinē attractuꝫ in matrice. 2° oſtēdit q̄lis ſanguis eſt ille qui ꝓuenit ad matricē. ſcđa ibi. (Menſtrua aūt que egrediunt̄.) In ꝑma parte dicit: ꝙ h̄ que dicta ſunt ꝛ que dicent̄ adhuc erunt dicta a me. quaſi per h̄ inuat ſe ꝓpriū inuentoreꝫ horū dictorꝫ. Dicit ergo ꝙ ſperma qđ eſt in pāniculo. ſup. cōtētū. hꝫ ſpm̄ intus. i. in ſeipſo ꝛ ſup. recipit exteriꝰ ꝛ auget̄. ſup. h̄ ſpma a ſanguīe matricis: vt hꝫ alia lr̄a. deſcendēte ad matricē. i. ad cōcauū matricis. ¶ Iuxta iſtā partē eſt aduertēdū ꝑ ꝙ ex his cōcipit̄ que eſt opatio ꝑ ꝓueniēs ex ſpmatis virilis actiōe in hūidum mēſtruale poſt ſpatiū ſex dierū. Nā ꝑma eiꝰ opatio eſt ꝙ virtus informatiua ſpmatis viri attrahit ad ſe ſanguinem ex quo: ꝛ h̄ rōnabiliter petit: q: ſperma mulieris eſt modicuꝫ vt debeāt ex ipſo mēbra formari ꝛ generari: q: de ſe nō eſſet ſufficiens ad generationē oīuꝫ mēbrorū: ita vt ipſa poſſit cōplere ſub determinata quātitate: cum qua ſtet virtus: ꝛ ideo nečia fuit talis attractio a matrice poſt ſpatium ſex dierum ad cōcauuꝫ matricis.

**Sed dubitaret** aliquis de iſto ſpū de quo dicit ſpma exīña in pāniculo hꝫ ſpm̄ interiꝰ: ꝛ attrahit ēt ſpm̄ exteriꝰ ꝛ mediante ipſo ſpū fit attractio ſanguinis ad concauū matricis: ita ꝙ neče eſt hr̄e ſpma talē ſpm̄: quereret ḡ aliquis. q̄re h̄ dixit. ¶ Ites q̄ret 2° vlteriꝰ vtruꝫ iſte ſpūs ſit inſtr̄m v̄tutis nālis an alicuiꝰ virtutis aīate. ꝛ videt̄ ꝙ ſit organū v̄tutis nālis. q: illud qđ eſt organū virtutis gnātiue eſt organū virtutis nālis: ꝛ nō aīalis. ſed ſpūs interceptꝰ in ſpmate viri eſt hꝰ. iō ꝛc. Maior pꝫ. q: virtus gnātiua eſt virtꝰ naturalis miniſtrata. vt pꝫ per Auicen. ꝑmo cañ. fen ꝑma. cap. de virtutibus



Fundación Uriach

miniſtratis. Minoꝛ declaraẛ. qꝛ videmus ꝙ generat mēbꝛa fetus ⁊ ipſa cōplet. ergo ⁊c. ¶ In oppoſitū arguiẛ. qꝛ videẛ ꝙ ſit organū aīate virtutis. qꝛ illud qḋ nō ſolū generat membꝛa nālia. ſed etiā mēbꝛa aīata ⁊ actus animatos perficientia eſt organū animate virtutis. ſed ſpūs exiſtens in ſpermate maris ē ħ. ergo ⁊c. maioꝛ pꝫ de ſe. minoꝛ apparet. generat.n. cerebꝛum ⁊ oculos ⁊ ħ que ſunt membꝛa aīata habētia operationes aīales. ſ. ſenſibiles et motiuas. ergo nō ſolum eſt inſtrm nālis virtutis. ſed etiā aīalis. ¶ Dubitaẛ 3° de eo qḋ dicit ꝙ ſperma augeẛ a ſpermate mulieris deſcendente ad cōcauū matricis. ſed ħ nō videẛ bene dictū. qꝛ eadē dꝫ eſſe mā generationis ⁊ nutricationis. qꝛ ſicut videmus in generato coꝛpoꝛe ꝙ eadē eſt materia nutrimenti ⁊ augmēti: que etiā ſunt quedam gnātiones particulares: ex eodē.n. ſanguine augetur ⁊ nutritur coꝛpus humanū. cū ergo ex ſpermate mulieris generetur fetus ex eodē dꝫ augeri ⁊ perfici: ⁊ nō ex ſanguine attracto a matrice. ¶ Ad euidentiam pme dubitationis eſt aduertendū ꝙ neceſſariū fuit ſpermati hr̄e ſpm̄ pmo. Et rō huiꝰ eſt. qꝛ ſperma debebat generare oīa mēbꝛa mō in generatione opꝫ cōcurrere calidū: ⁊ nō qḋcūqꝫ calidū: ſed calidū qḋ eſt inſtrm alicuius forme determinate. calidum aūt abſolute nullius eſt determiate virtutis: qꝛ tale hꝫ cōburere ⁊ ignire ⁊ actionē interminatam facere. ⁊ qꝛ generatio eſt actio terminata nō requiriẛ agens ⁊ inſtrm interminatū. omnis aūt generatio cuiuſcūqꝫ mixti viuentis fit per digeſtionē. in digeſtione aūt quacūqꝫ queriẛ calidum. ergo necīm fuit ſpermati debenti generare hr̄e in ſe calidū. ſed qꝛ actiones calidi abſolute ſunt intermiate vt dcm̄ eſt: ⁊ generatio ſit operatio terminata ad formaꝫ generati. ideo opoꝛtuit ꝯcurrere in generatiōe illa calidū naturale qḋ eſt organū alicuius forme determinate: tale aūt calidū terminatū eſt ipſe ſpūs: ⁊ ideo necē fuit intercipi ſpm̄: ⁊ includi in ipſo ſpermate. ⁊ qꝛ hic ſpūs generat virtute duplicis agentis. ſ. vlis ⁊ particularis. vlis quidē vt coꝛpoꝛis celeſtis digerentis ⁊ menſurātis ipm̄ ſpm̄ in ſuis actionibꝰ ⁊ particularis agētis. vtputa eius a quo decidit. Et ideo dicebat phs 2° de gnātiōe aīaliū ꝙ caliditas que generat non eſt ignea. ſed ſpūs in quo eſt nā pꝛopoꝛtionalis aſtroꝝ. Bene ergo dixit Ypppo. qn̄ dixit ꝙ ſperma hꝫ ſpm̄ interiꝰ incluſum: qſi dicat: ꝙ ab illo ſpū in ſpmate intercepto ꝓcedit oīs opatio: ⁊ ħ de pͦ dubio.

¶ Ad 2m dubitationē: dōm ꝙ cum oē organū ſit inſtrm quoddā iſtud inſtrm referẛ ad agens. ⁊ qꝛ ſpūs iſte eſt inſtrumentū duplicis agentis. ſ. vlis ⁊ particularis: ideo ad vtrūqꝫ pōt referri. ſi ergo referamus ſpūm exiſtentem in ſpermate ad agens pmū ⁊ pncipale. Tūc dico ꝙ hic ſpūs in generatione coꝛpoꝝ viuoꝝ eſt organū alicuius virtutis cognoſcitiue. Cuius rō eſt. qꝛ vt ſic eſt organū intellectiue virtutis: vtputa intelligentie: ⁊ qꝛ intelligentia agit virtute diuina: ideo vltimo eſt organū virtutis diuine. ꝙ aūt ſit organū virtutis cognoſcitiue declaraẛ. qꝛ omne organū agens ꝓpter finē terminatū aut cognoſcit finē illū aut dirigiẛ a cognoſcente finē illum. necīo dꝫ ħ. aliter.n. nō ageret determinate ħ magis qꝫ illud: ſed a caſu. nā ſagitta ipſa determinate feriens in ſignum: lꝫ nō cognoſcat de ſe: tn̄ dirigiẛ a ſagitante qui ſignum cognoſcit: ſed ſpūs in ſpermate exn̄s agit determinate: ⁊ ꝓpter finē. ergo de neceſſitate opꝫ ꝙ aut cognoſcat aut dirigaẛ a cognoſcēte. ſed hic ſpūs nō cognoſcit: vt pꝫ: qꝛ non eſt aīatus: cum aīa ſit actus coꝛpoꝛis organici: ⁊ ſpūs nō ſit organizatus. g° dirigitur ab eo qui cognoſcit oēs formas mixtoꝝ ⁊ ſpecies oīum formaꝝ nālium que ſunt in mente diuina: ſicut ars fabꝛilis in mente fabꝛi. ⁊ ꝓpterea Cōmētatoꝛ Auer. in 7° ⁊ 12. metaph. cōmēdat Gal. ex eo qḋ dicit ꝙ virtutes feminū ſunt diuine ⁊ nō nāles: ⁊ ideo ſi bene inſpiciaẛ natura iſtius ſpūs ipſe pōt dici qd diuinū. Et ħ dico penes ſex cōparationes que in ipſo poſſunt attendi. ¶ Pꝛia eſt cōparando ipm̄ ad coꝛ a quo decidiẛ. ¶ 2a eſt cōparando ipm̄ ad ſpm̄ coꝛdis a quo decidiẛ: puta ad ſpm̄ coꝛdis patris. ¶ 3a conſiderādo ipm̄ qntum ad modū eius agendi. ¶ 4a qntū ad ſuam actionē. ¶ 5a cōparando ad aīam patris. ¶ 6a qntum ad res actaꝫ ab eo in cōparatiōe ad rem actam a patre qui eſt agens pncipale. ¶ Pꝛimo ergo dico ꝙ ſpūs interceptus in ſpmate viri cōparatus ad coꝛ a quo ſeparaẛ. ſ. patris pōt dici quid diuinū: qꝛ talis ſpiritꝰ agit non tanqꝫ rei cōiunctus: ſed ſicut ſeparatus ab eo in cuius virtute agit. nam deciſus a coꝛde ⁊ ipm̄ nō cōtingēdo mēbꝛa generat: qḋ nō cōtingit de alijs inſtrumētis. ſerra.n. poſſet ſtare per. 4. annos ſi nō tangereẛ ꝙ nō ſecaret ⁊ ſic de alijs. ergo actio eſt mirabilis ⁊ diuina. ¶ 2° videtur quid diuinū cōparatus ad ſpūm coꝛdis patris a quo decidiẛ. qꝛ ille ſpūs nō agit opatiōes ſpūs ⁊ motus ⁊ operatiōes nāles ⁊ vitales. ⁊ generatiuas niſi tranſmiſſus ad diuerſa organa vt diuerſam alterationē ⁊ diſpōnem accipiat vt ad cerebꝝ epar coꝛ ⁊ teſticulos. ſed ſpūs genitiuꝰ nō tripartitur nec quadripartiẛ: ſed vnus ⁊ idē manens nō diuiſus oīa ħ agit. Et ideo dicebat Auicē. 9. de aīalibꝰ. Nō eſt modus diuidēdi ſpūs in ſpermate ipſo: nec nāles a vitali ⁊ aīali ſegregati fuerūt. qꝛ ſperma totū eſt coꝛpus homogeneū. Et ideo iſte ſpūs agit plura: ac ſi plura virtualiter ꝯtineanẛ in ipſo. Sicut ⁊ ipm̄ coꝛpus celeſte: ⁊ qꝛ qḋ agit plura mō vno. agit mō diuino: ideo qntum ad hoc ħ actio ſpūs pōt diuina dici. ¶ 3° pōt dici quid diuinū cōparatus ad modū eius agēdi. qui eſt virtualis ⁊ nō formalis: ſed mēbꝛa que ſunt in coꝛpoꝛe patris agūt formaliter. ſ. qꝛ ſunt talia formaliter qualē operationē inducunt. vnde os generat os ex ſanguine ⁊ caro carnē: ⁊ ſic de alijs ſe reſtaurando. ſed ſpūs nō ens caro facit carnē ⁊ nō ens formaliter os generat oſſa. ⁊ qꝛ hic eſt modus agendi diuinoꝝ: ſicut videmus ꝙ ſol calefacit actualiter ⁊ non eſt actualiter calidus: ſed virtualiter. ideo ſpūs quo ad hoc pōt dici quid diuinū. ¶ 4° pōt dici quid diuinū quātum ad ſuam actionē que aſſimilaẛ habēti intellectū. ꝙ apparet. nam omnis actio nālis eſt terminata ad vnū: ſicut videmus ꝙ grauia nāliter tm̄ hn̄t vnū motū. ſ. deoꝛſum ⁊ leuia ſurſum: ⁊ ſic de alijs. ſed ars ⁊ intellectꝰ ex vno faciūt plura: ſicut carpentarius ex vno ligno pōt facere ſcānū ⁊ archam ⁊ lectū ⁊ ħ. ⁊ ideo videẛ eſſe actio itellectualis. vt dicit Cōmētatoꝛ. ¶ 5° pōt dici quid diuinū in cōparatione ad animā patris in cuius virtute agit. qꝛ ſicut dicit Auer. aīa agit per iſtū ſpm̄ ſicut agūt intelligētie per coꝛpoꝛa celeſtia in ħ inferioꝛa. ſ. qꝛ nō ſunt forme dantes eē ipſis coꝛpoꝛibus celeſtibꝰ: ſed ſunt eis appꝛopꝛiate vt motores ⁊ dantes opationē: ita ēt aīa patris per ſperma ſpumoſū agit aliqd: ⁊ tn̄ non eſt aīa formalr in ſpermate: ſꝫ ſibi vnitur ſicut dans eē: ⁊ ex ħ aſſimilaẛ hec actio actioni diuine. ¶ 6° diciẛ quid diuinū quātū ad rem actaꝫ ab eo. qꝛ hic ſpūs plus efficit qꝫ generans pncipale eo ꝙ maioꝛis virtutis eſt ex ſanguine mēſtruo facere carnē nō pexiſtēte carne qꝫ carne pexiſtēte. ſed in coꝛpoꝛe patris ex pꝛima carne foꝛmata ſpūs eius generat carnē ⁊ os oſſe pꝛeexiſtente: ⁊ qꝛ organū nō pōt eſſe altioꝛis virtutis qꝫ pncipale agens niſi virtute altioꝛis agētis que eſt virtus diuina: ideo actio talis ſpūs pōt dici diuina. ⁊ ideo cōmēdauit Cōmētatoꝛ Gal. in. 7. ⁊ 12. metaph. Qui dicebat ꝙ nā non agit niſi rememoꝛata ab altioꝛibꝰ cauſis. ſic ergo apparet ꝙ cōparando actionē ħ ſpūs ad agens pncipale ⁊ vle. ſ. ad coꝛpus celeſte talis ſpūs eſt organū virtutis cognoſcitiue. ſ. intelligentiaꝝ. Si aūt iſte ſpūs ſpmati viri ⁊

cōparet̄ ad agens particulare a quo habuit formā deter-
minatam.ſ.per quā determinat̄ magis ad ꝑductionem
¶ Principium aũt fit h⁹ mulieribus in dolore:
perturbatur ſanguis mulieris ⁊ caleſit totus a
motu pueri forti exiſtente. perturbatus aũt pri
mo quidẽ venit extra: poſt puerũ aũt putredo
groſſa ſanguinea: ⁊ meatus egreſſus fact⁹ eſt
chim⁹ ſicut aqua imenſa: deinde poſt illud ſm
plurimos dies egredit purgatio vſq3 ad dictũ
tẽpus ſm ſimilitudinẽ hore menſis cotile: ide3
pugilli: aut tota aut media: primo aute3 paulo
plus: aut paulo minus ſm rõnem h⁹ quouſq3
finiat. Egredit aũt ſanguis vt ab occiſa victi
ma ſi ſana fuerit mulier ⁊ deb3 ſana eſſe: ⁊ cito
coagulat. ſi aũt mulier non fuerit ſana nec3 d3
ſana eſſe: egreditur purgatio minor: ⁊ ſm ſpẽ3
prauior: ⁊ non coagulabilis.

¶ Hic accedit ad oſtendẽdũ cãm tẽporis mũdificationis
que fit in partu quo ad oĩa que tũc expellunt. Et pmo fa
cit hoc. 2° reddit cãm quorũdã dicto⁊. 2ª ibi. (Hoc autẽ
induxi h.) In pma pte oſtẽdit quõ mulieres purgantur
poſt partũ. 2° oſtendit neceſſitatẽ h⁹ purgationis. oſtẽdẽ
do quales egritudines eis accidãt ſi nõ purgant. ſcđa ibi.
(Si aũt nõ purgata fuerint ⁊c.) In pma parte facit hoc.
2° declarat que dixit. ſcđa ibi. (Ita aũt h3.) In pma parte
dicit. q pncipiũ h⁹. ſ. purgationis fit in mulierib⁹ in dolo
re. i. poſtq̃ acciderit dolor: ⁊ tunc totus ſanguis mulieris
perturbat ⁊ caleſit totus pter motũ pueri fortẽ ⁊ vehe
mentẽ: ⁊ qñ ita eſt tunc perturbat ſanguis: pus qđẽ venit
extra chim⁹. i. quedã humiditas chimoſa: ſicut aqua im
menſa. i. ad modũ multe aque: poſt puerũ aũt. i. poſt exitũ
pueri: putredo. ſup. exit: groſſa ſanguinea. i. ſanguis exit ad
modu3 putredinis: ex multa. n. mora quã cõtrahit in ma
trice eſt corruptus: ⁊ pro q2: egreſſus factus eſt meatus. i.
qñ egreſſus eſt puer facta eſt via libera per quã põt facili
ter egredi ille ſanguis coagulat ⁊ groſſus. deinde poſt illõ
. ſ. exitũ ſanguinis groſſi ſm ſingulos dies. i. omni die pur
gatio egreditur. i. ſanguis qui purgat vſq3 ad dictũ tps. ſ.
menſis: ſm multitudinẽ hore menſis. i. ſm q multu3 vel
paruum fuit eius tẽporis aggregationis vt dcm̃ eſt ſupra.
vel ſup. ſm quãtitatẽ: cotile. i. pugilli. illud. ſ. ſanguis egre
ditur: tota. i. vnus pugillus integer: aut media. i. cotila egre
ditur. ſup. pmũ: aut paulo plus: q̃ vnus pugillus. ſ. in aliq
bus mulieribus qñ ſup. exit paulo minus. ſ. q̃ tota cotila
integra: ſm rõnẽ h⁹. i. ſ3 q eſt nã mulieris: ſup. diſpoſita:
⁊ ſup. ita fit hoc quouſq3 finiat. ſ. hoc. i. cõpleat. ſ. purgatio
tũc: tũc oñdit diſpõnes iſtius ſanguinis qui egredit. ⁊ di
cit. egredit aũt ſanguis. ſup. qui tunc egredit talis. vt. i. ſic
ſup. ſanguis qui exit ab occiſa victima. i. ab aliquo aĩali ſa
no vt ab edo ſano vel h⁹ ſi ſana fuerit mulier. ſ. tunc in ſe:
⁊ ſup. ſi d3 eſſe ſana. ſ. in poſterũ: ⁊ ſup. ille ſanguis qui tũc
egredit d3 eſſe talis vt cito coaguletur. Si aũt mulier nõ
ſit ſana vel nõ debeat eſſe ſana poſt: tũc egredit in purga
tione illa minor. ſ. qñtitas q̃ illa que dicta eſt: ⁊ ſm ſpẽ3
prauior: ſup. erit ſanguis q̃ ille qui dictus eſt: ⁊ nõ eſt cito
coagulabilis: ſicut ille qui dictus eſt pter multitudine3
permixtionis aquoſitatis cũ eo: ita d3 cõſtrui. ¶ Notan
dum q in iſta parte Ypo. inſinuat nobis duo. pmo eni3
inſinuat nobis modũ ſm quẽ fit talis mundificatio poſt
partũ. 2° qualis ſanguis d3 eẽ ille ſanguis laudabilis: qui
tunc egredit. 2ᵐ tangit cu3 dicit. (Egredit aũt ſanguis.)
Modus aũt ſm quẽ fit mundificatio in partu eſt iſte. q2
pter motũ vehementẽ pueri appetentis exitũ ex matri
ce: ⁊ pter duplicẽ motũ pueri. pmo. ſ. q2 vehemẽter ap
petit venire ad extra pter defectũ cibi quẽ h3 in matri
ce. Item pter neceſſitatẽ aeris: q2 poſtq̃ creuerũt in ma
trice inſufficiẽter euentant per artarias pprias ⁊ matris:
⁊ ideo requirũt attractionẽ aeris per pulmone3: ⁊ q2 mo
uetur puer duplici motu. ſ. nãli ⁊ aĩali. q2 iam h3 ſenſum ⁊
appetitũ. ¶ Ite3 ẽt: q2 pp motũ matricis expellit extra:
q2 puer cõparat tunc matrici ſicut ſuperfluũ: ⁊ iõ matrix
appetit eius expulſione3: ⁊ ex his accidit in partu pertur
batio ſanguinis ex quo motu: ⁊ perturbatiõe aperitur os
matricis: ⁊ tunc pmo egredit puer. 2° egredit aqua imen
ſa. ⁊ h aqua nõ eſt aliud niſi ſupfluitas vrinalis ⁊ ſudor fe
tus: ⁊ hec ſuperfluitas retinet vſq3 ad tps partus ⁊ reten
tio h⁹ ſuperfluitatis eſt pter duo. ſ. pp neceſſitate3 ⁊ pp
vtilitatẽ: pter neceſſitatẽ quidẽ: q2 ſi expelleret añ par
tum: tũc timeretur de aborſu fetus ex apertiõe matricis
⁊ ex motu expulſiue eius qui fit cũ impetu forti. Item re
tinetur illa aquoſitas pter vtilitatẽ fetus: q2 nã facit ſi
cut facit bonus yconomus: qui nõ ſolũ vtilia diſpenſat in
domo: ſed etia3 ſuperflua: vt dando filijs bona ⁊ vtilia: ⁊
ſuperflua co⁊ ſeruis: ⁊ ſupflua ſeruo⁊ canibus ⁊ alijs. ita
etiã nã non ſolũ diſpenſat in fetu ſanguinẽ ad pueri gene
rationẽ ⁊ eius augmentũ. ſed etiã ſuperfluitatẽ illa3 vri
nalem ⁊ ſudorẽ in aliqđ vtile. h⁹ aũt retentiõis aquoſita
tis. duplex eſt vtilitas. vna eſt. q2 fit partus facilior: q2 pri
mo egredit illa aquoſitas q̃ fetus ⁊ lubricat vias: ⁊ facit
eas apertas ad exitu3 fetus: ⁊ tunc fit partus facilior. 2ª
vtilitas eius eſt: q2 h3 exiccare ⁊ idurare ⁊ ſpiſſare cutis
exteriorẽ pueri: vt poſtea in ſuo exitu ex matrice defenda
tur ab aere exteriori: ⁊ ab alijs cauſis extrĩſecis: ⁊ h eſt ei
valde vtile. ¶ Et pterea Gal. de regimie ſanitatis circa
pncipiũ pcipit q qñ egredit puer ex matrice ſaliat vt ex
ſale exiccante fiat citius corpus ſiccũ exterius: ita ẽt hũ

ditas vrinalis ⁊ ſudoꝛ hꝫ exiccare exterius appoſita. mō talis humiditas aquoſa: vt ſuperius dictū fuit: retinetᷣ in pellicula imediate circundante fetū: ita ꝙ illa aquoſitas eſt inter pelliculam ⁊ fetū: ⁊ vidi experientiā hᵒ ſemel. qꝛ vidi quēdaꝫ pueꝝ habentē natem valde durā qñ exiuit: propterea quia magis intrauerat illuc illa aquoſitas inſpiſſans. h aūt aquoſitas primo egreditᷣ de matrice ꝙ̄ aliquid aliud: ⁊ ꝓpter duplicēꝫ cām. ꝑmo qꝛ eſt penetratiua valde ꝓpter ſubtilitatē ⁊ acuitatē ſube ſue. ſed quia puer exiens foras ꝑmo ipellit ante ſe illam aquoſitatē. ⁊ ſecundinam ēt ſil. deīde 2ᵒ egreditur fetus ꝑꝑ cauſas dictas. 3ᵒ exit putredo ſanguiea groſſa. i. ſanguis groſſus ad modū putredinis ꝓpter moraꝫ quā ibi ꝯtraxit diu. ſ. in matrice. deinde omni die exit quātitas cotile. cotila aūt eſt pōdus quatuoꝛ vnciaꝝ vt h accipitᷣ. ⁊ qꝛ diuerſificatᷣ talis quātitas ſꝫm diuerſitatē mulierū. iō dixit. aliqñ tota. aliqñ media. aliqñ plus. aliquādo minus. ⁊ ſic fit quouſqꝫ cōpleatᷣ purgatio. Poſtea ſubdit: ꝙ hic ſanguis qui omni die egreditur dꝫ eſſe talis qualis eſt ille qui egreditᷣ ab occiſa victima. ⁊ dicitᷣ victima occiſa aīal ſanū nouiter mortuum. Nam antiquitᵒ ymolabāt ⁊ ſacrificabāt deo cum victimis vel ſacrificijs aīaliū mortuoꝝ. Ar. aūt dixit ꝙ dꝫ eē ſicut ſanguis yrci nouiter decollati: qꝛ talis ſanguis debꝫ eſſe ſolū peccans in quāto. ⁊ ideo ſi dꝫ remanere ſana: tūc fiet ſana mundificatio ſanguis nō corrupti ad modū alicuius alteriᵒ hu. exītis in corpoꝛe. Itē ſanguis talis dꝫ eē cito coagulabilis. Et cā huius eſt. qꝛ ex quo mulier dꝫ eſſe ſana nō dꝫ eius ſanguis hr̄e admixtioneꝫ alicuiᵒ alterius rei. qñ ḡ cito coagulatᷣ eſt ſignū ꝙ nō hēat partes aqueas cum eo permixtas ipedientes eius coagulationē que patet: ⁊ que ſunt gnāte ex indigeſtiōe. Si aūt nō ſit ſana vel nō debeat permanere ſana: tunc accidit eꝫ.

QUia Hyppo. ſupꝛa dixit ꝙ corpᵒ pueri interius ramificatᷣ vt arboꝛ. ⁊ ſic videtur innuere ꝙ gnātio aīalis ſit ſucceſſiua in ſuis partibᵒ: ⁊ nō tota ſimul: ideo de h queratur vtrū. ſ. aīal generetᷣ totū ſimul vel ſucceſſiue. Et arguitᷣ ꝑmo ꝙ nō generetᷣ ſucceſſiue. qꝛ ſi hoc eēt: tunc ſequeretᷣ ꝙ gnātio eſſet motus: ſed ꝯñs eſt falſum. ḡ ⁊ añs. falſitas ꝯñtis apparet per phm. nā ad ſubam nō eſt motus: cuꝫ gnātio ſube fiat in inſtāti. ꝯña declaratᷣ. qꝛ oīs mutatio ſucceſſiua ⁊ facta in tp̄e eſt motus. vt pꝫ per diffinitionē motus. ¶ P̄. ſi gnātio aīalis eſſet ſucceſſiua tunc vnū aīal numero vt ſoꝛ. haberet plures animas numero differentes: ⁊ cū aīa ſit eius forma per quā eſt vnū ſi ipſa eſſet plures nūero: tunc vnus hō nūero eēt plures hoīes numero. ꝯñs eſt falſum. ḡ ⁊ añs. falſitas ꝯñtis eſt nota. qꝛ iplicarentᷣ ꝯdictoꝛia. ꝓbatio ꝯñe. qꝛ ſi generatᷣ ꝑmo vna pars aīalis illa ꝑmo hēbit aīam poſtea alia pars habebit aliam aīam: qꝛ aīa ꝑme partis nō tranſit de parte in pteꝫ: ⁊ etiā: qꝛ tunc ꝑma nō remaneret aīata. ſic ergo qōlꝫ mēbrum hr̄et ſuā aīam differenteꝫ nūero ab alia. ḡ ⁊c. ¶ P̄. ſicut ſe hꝫ in ſpermate: ita ēt ſe dꝫ hr̄e in partibᵒ aīalis generandi ex ſp̄mate. ſed ſperma de ſe eſt in potētia ad quālibet partem ꝑmo: ⁊ nō magis ad vnā ꝙ̄ ad aliaꝫ. ergo nō magis generatᷣ vna pars ⁊ poſt ipam alia. ſed ꝑmo totum aīal. Maioꝛ appet. qꝛ ſperma eſt vnū ex ꝑncipijs generationis: ſicut aūt diſponitur ꝑncipiū: ita ⁊ ꝑncipiatū cū habeat eſſe a ꝑncipio. Minoꝛ appet. qꝛ ſp̄ma de ſe eſt totuꝫ homogeneē nāe. ergo nō magis inclinatur ad generationem vnius membri ꝙ̄ alterius. ergo ⁊c.

In oppoſitū videtᷣ eſſe. hic Hyp. qui dixit ꝙ partes interioꝛes ꝑmo generantᷣ ꝙ̄ exterioꝛes: ⁊ ꝙ aīal ramificatur interius velut arboꝛ: ita ꝙ ſicut a nodo ⁊ ſtipite oēs alie partes oꝛiūtur: ita ⁊ in aīali. ¶ Item hoc idē vult Ar. 2ᵒ de generatiōe aīaliū. qui dixit ſic. ꝑꝑ qō ſit ꝑus aīal ⁊ nō ſil oīa. ¶ Itē h vult Auicē. 9ᵒ de aīalibus. ⁊ 3ᵒ cañ. vbi vult ꝙ ꝑmo generētur partes ꝑncipales: deinde alie oꝛte ab eis.

Ad hoc dōm ꝙ ſicut eſt de intentiōe Ar. ⁊ Auic. generatio aīalis fit ex generatione partis poſt partē. ⁊ nō tota ſil. ⁊ h apparet. qꝛ ſicut dicitᷣ. 2ᵒ de gnātiōe aīaliū. coꝛ ꝑmo viuit. ⁊ eſt illud qō ꝑmo apparet ad ſenſū in fetu. ⁊ Aui. h idē vult ꝙ mēbra ꝑncipalia ꝑus apparēt formata ⁊ diſticta ꝙ̄ nō ꝑncipalia. ¶ P̄. h declaratᷣ rōne ſic. qꝛ illiᵒ gnāti fit generatio partis poſt partē: ⁊ nō ſimul: in quo partes nō ſunt eque ꝑncipales: ⁊ cuiᵒ partes ita ſe hn̄t: ꝙ vna depēdet ab alia in eſſe ⁊ alterā ꝑſupponit: ſed aīalis gnātio eſt hm̄. ergo ⁊c. Maioꝛ eſt nota: qꝛ ꝑncipiuꝫ eſt ꝑus ꝑncipiato: ⁊ illud qō ꝑſupponitᷣ ab aliquo qō depēdet ab illo eſt ꝑus eo qō ipm ꝑſupponit: ⁊ qō ab eo dependet. Minoꝛ appet. qꝛ ſi in corpoꝛe aīalis non eſſet aliqua pars que rōnem ꝑncipij hr̄et: tunc ipm nō eſſet vnū nūero. ſed qōlꝫ eſſet diſtinctuꝫ in eſſe ⁊ opatione ab alio. talia aūt ſunt plura nūero. h aūt eſt inconueniēs. ⁊ ideo opoꝛtuit ponere vnam particulā ꝑncipalē in aīali: rōne cuiᵒ totum aīal dicitᷣ vnū. ex eo ꝙ oēs alie partes hēant oꝛdinē ⁊ attributionē ad ipam. ⁊ h merito: qꝛ ſicut dicit phus 2ᵒ de gnātiōe aīaliū. ſp̄ma generatuꝫ a patre aſſimilatᷣ emācipate proli: quā oꝫ per ſe regere ⁊ gubernari. vnde eſt ad modū filij emancipati a patre: que opꝫ facere familiā ex ſe. ⁊ ideo opoꝛtuit ꝙ ſperma gnāret quādā particulā ꝑncipalem que ipm adiuuet: ſic ꝙ mediāte ipſa oēs alie generentᷣ partes quouſqꝫ totū aīal ſit cōpletū ⁊ perfectū. ⁊ hoc opoꝛtuit eſſe: qꝛ ſperma a ꝑncipio paucuꝫ erat. vt dicit ibi phs: in quo eſt paucū de ſpiritu. qō nō ſufficeret ad gnāndum totū aīal. ⁊ ideo ꝑmo ſe auget ⁊ multiplicat trahēdo ſanguinē a matrice ⁊ ſpm̄: poſtea generat coꝛ: ⁊ mediante coꝛde generat oīa mēbra. ¶ Itē hoc declaratᷣ a poſteriori. qꝛ ſic videtᷣ eſſe in gnātiōe aīalis: ſicut eſt in corruptiōe: nūc aūt corruᵒ aīalis nō fit ſimul: ſed partis poſt partē. ḡ ⁊ generatio. Maioꝛ pꝫ. qꝛ corruᵒ nō fit niſi per abiectioneꝫ illius forme que prius fuit per gnātionē inducta. ⁊ ideo ſi totū aīal. ꝑmo hꝫ aīam ſiue formā ſil in oībus partibᵒ: tūc totū etiā ſimul corrūperetᷣ. Minoꝛ declaratᷣ. qꝛ vltimuꝫ qō corrūpitur eſt coꝛ. vt dicit Gal. in de interioꝛibᵒ: ⁊ ideo ſꝫm intentionē phi. ⁊ Hypo. ſupꝛa. ꝑmo generantᷣ interioꝛa ⁊ mēbra ꝑncipalia ꝙ̄ exterioꝛa: qꝛ exterioꝛa ab interioribus dependent. ¶ Et ꝓpea ipſa ſunt vt ſibi deſeruiāt. ⁊ inter ipſa ꝑmū qō generatᷣ ⁊ formatᷣ eſt coꝛ: poſtea cerebrum: ⁊ epar: vt vult Auic. 9ᵒ de aīalibus. ⁊ ſicut dicit phs. cerebruꝫ ⁊ epar generantᷣ ex ſupfluitatibᵒ ſube coꝛdis. ita ꝙ de ſuba purioꝛi menſtrui in femine: qō dicitᷣ ſp̄ma eius fit coꝛ. ſed ex parte eius frigida ⁊ humida que eſt eius ſuperfluitas fit cerebꝝ: ⁊ de alia ſuperfluitate coꝛdis: que ē calida ⁊ ſicca fit epar. qꝛ fit ex mā cōbuſta groſſa. Tamen videte. ſi īter cerebrū ⁊ epar ē oꝛdo in gnātiōe ipſoꝝ. epar enim cerebꝛo ꝑus eſt. Et rō huius eſt. qꝛ epar tribuit maꝫtori. ſed cerebrū tribuit ſenſum ⁊ motū. ⁊ ideo epar ē ꝑus cerebꝛo. ſi eſt oꝛdo īter ipſa. ¶ Itē hoc apparet ex alio: qꝛ epar in generatione mēbꝛoꝛū ꝑncipaliū eſt illud qō apparet magis in fetu a ꝑncipio. imo apparet magis ꝙ̄ coꝛ nedum ꝙ̄ cerebrū: tamē coꝛ tūc inuenitᷣ ſolidius ad tactuꝫ: ⁊ poſt iſta mēbꝛa principalia generantᷣ alia oꝛta ab eis. qꝛ ꝑmo generantᷣ ꝑncipalia ꝙ̄ oꝛta: ſic ꝑmo generatᷣ os mandibule ꝙ̄ dens: ⁊ ſic ꝓcedit generatio mēbꝛoꝝ ſucceſſiue quouſqꝫ aīal perficitᷣ. ¶ Sed notandū ꝙ qñ queritᷣ vtꝝ partes aīalis generentur ſimtᷣ vel ſucceſſiue. ¶ Dōm ꝙ partes aīalis generari ſil vel ſucceſſiue pōt itelligi dupl̄r. vno mō ꝙ̄tū ad eius eſſe abſolutū: ⁊ h mō generatᷣ aīalis

pars poſt partem. Alio mō q̄tum ad eſſe totuꝫ ipſius aīalis: ꝛ h̄ modo nō dicit̄ aīal totū niſi quādo hꝫ oēs ei⁹ partes ꝛ quādo mēbra p̄ncipalia hn̄t alia ſibi deſeruientia in ſuis operationib⁹. ꝛ ideo phs 2° de gnātiōe aīaliū. dicit ꝙ quādo cor eſt creatum: tūc eſt animal imperfectuꝫ quod poſtea in tempore perficitur.

**Ad rationes** in oppoſitū. Ad p̄mā cum dicebat̄ ꝙ tunc ſequeret̄ ꝙ generatio eſſet motus. dico ꝙ nō eſt verū. nam h̄ rō imaginat̄ falſuꝫ. ſ. ꝙ generatio ſic fiat ꝙ forma inducat̄ pars poſt partē: vel ꝙ p̄mo informet̄ vna pars: poſt alia: ſed nō eſt ſic. q2 aīa primo in inſtanti inducit̄ in corde. ꝛ poſt cor generat alia mēbra ſibi: ita ꝙ alia membra nō dicunt̄ aīata: niſi q2 cor eſt aīatum ꝛ ipſa ſunt adnata cordi. vnde ſi aīa eſſet p̄ncipaliter forma totius bene eſſet verū qđ arguis. ſed q2 eſt p̄ncipaliter vnius partis. ſ. cordis ꝛ alioꝝ nō niſi vt ſunt qđdam additamentū ꝛ augmētū cordis: ideo ſolū eſt in corde: ꝛ mediante corde alia viuūt: ꝛ nō per ſe. ¶ Ad 2m cum dicit̄: tunc vnus hō hr̄et plures aīas numero. dōm ꝙ verꝫ eſt ſm ꝙ cōiter ponit̄ ab ignorantib⁹. ſed nō eſt verū ſm hunc modū ponendi ſm ſniam Ariſ. quādo cor eſt gnātuꝫ p̄mo viuit. ꝛ gnātio alioꝝ partiū ſimilat̄ augmēto: ita ꝙ gnātio ꝑprie debet̄ ipſi cordi ſoli. alijs aūt nō: ſed earum ꝓductio eſt velut augmentū: ſicut aūt in augmēto eſt eadem forma nūero in toto corpore: ita ēt in gnātiōe cordis ꝛ aliarum partiū. ꝛ ideo alie partes non ſunt aīate niſi vt ſūt adnate cordi. ¶ Ad aliud cū dicit̄ ſicut ſe hn̄t partes in ſpermate. concedat̄. ꝛ cum dicit̄ ꝙ partes ſp̄matis ſūt eq̄liter in potētia ad oēs partes aīalis. dōm ꝙ falſum eſt: imo id qđ maxime eſt in ꝓ̄pīnqu eſt ipm p̄ncipiū aīalis ad qđ oīa alia hn̄t ordinē. ſ. ad ipm cor: q̄re nō valꝫ ꝛc.

i Ta aūt hoc hꝫ: ſiqua mulier ī vtero habens egritudineꝫ habuerit nō exiſtenteꝫ cognatā purgationi partus deſtruit̄ niſi purget̄ in anterioribus dieb⁹ in vtero habēs mox ſana exiſtens mox intus ſi manſerit auteꝫ ipſi purgatio ſiue a medicinis ſiue ꝛ ſpōtanea ſubito ſm rōnem dictum egrediet̄: quibus nō egrediet̄ in ſemel vel ſimul.

¶ Prius oſtēdit Hypo. modū ſm quē ꝓuenit mundificatio poſt partū in muliere. nam eſt ꝙ p̄mo egredit̄ humiditas aquoſa. 2° fetus. 3° putredo ſanguinea. vltimo egreditur cōtinue vt ſupra dictū eſt. parientib⁹ maſculuꝫ vel feminam. Hic vult declarare quedā que dixit. ſ. ꝙ ſanguis qui exit qualibet die ſi mulier dꝫ eſſe ſana eſt qualis ſanguis qui egredit̄ ab occiſa victima. ꝛ ſi nō ſana vel non dꝫ eſſe ſana: tunc ſanguis mutat̄: ꝛ nō exit talis ꝛ fit ſm ſpēꝫ prauior. ꝛ dicit. h̄ aūt. qđ dcm̄ eſt. ſ. puta ſi mulier nō ſit ſana ꝛc. hꝫ ita. i. eſt verū ſicut dictuꝫ eſt. q2 ſi aliqua mulier habens fetū in vtero hꝫ egritudinē aliquā. nō exiſtētem cognatā. i. conformē purgationi partus. i. ſanguini qui dꝫ purgari poſt partū: vtputa: q2 hēat colerā vel flegma abūdans in corpore. tūc deſtruit̄. i. permutat̄. ſup. purgatio illius partus. q2 fit prauior ſanguis in ſpecie ꝓpter ꝑmixtionē illius humoris p̄dn̄antis in ea qui eſt malus: niſi purgetur. ſup. talis humor. in anteriorib⁹ diebus. i. in tp̄e qđ ē ante purgationē fetus. tunc illa mulier in vtero habens. mox ſana exīs ſi mox intus remanſerit qn̄ tp̄s part⁹ purgatio. ſ. nālis: ſiue a medicinis. i. ſiue retineat̄ per medicinas factas ei: ſiue ſpōtanee. i. ſi retineat̄ purgatio a ſeipſa p̄ter medicinas: ſubito ſimul ꝛ ſemel. i. in vna vice egreditur ſm rōnem dictaꝫ: quib⁹ non egredit̄. i. egredit̄ in tp̄e purgatiōis partus qđ nō egrediebat̄ in tp̄e ante partū: ita dꝫ conſtrui. ¶ Iuxta qđ notanduꝫ ꝙ verificatio p̄dictorum: que hic ponunt̄ ab Hyp. ſtat in eo qđ apparet ad ſenſum. nā ſicut dicit Auer. experimentuꝫ veroꝝ dꝫ eſſe cōcorde rebus ſenſatis. lꝫ. n. hic obſcure loquat̄: tn̄ intendit hr̄e hic ꝙ mulier cū nō ſit ſana: tunc mutabunt̄ mēſtrua in ea ſm dn̄ium hu. mali dominantis in ea: vtputa ſi dominetur in ea humor colericus fiet in ea purgatio colerica. q2 humor ille exn̄s in venis deſcendit cū ſanguine illo mēſtruo ad matricē ꝛ admiſcebit̄ ei ꝛ ipm ꝑmutabit ſm ſpēm. ſilr ſi in ea dn̄etur humor flāticus ſuo modo. ꝛ ideo ſi retinet̄ illud qđ dꝫ euāri in pluribus vicib⁹ ante partū totum euābit̄ in vna vice poſt partū ꝛ euātur tale ſil̄ q̄le erat illud qđ aggregabat̄ ante: ꝛ tunc ſi illud qđ aggregabat̄ erat bonū: tunc egredit̄ poſt partū tale quale eſt ſanguis egrediens ab occiſa victima. ꝛ tūc eſt ſana ꝛ remanebit ſana aliter nō. ꝛ iō ſubdit in fine ꝙ ſubito ſimul ꝛ ſemel. i. totū vna vice expurgabit̄. ꝛ h̄ ꝓpterea: q2 cā quare nō egrediebat̄ in partu non erat niſi clauſio orificij matricis ꝓpter fetū: ꝛ ideo nō poterat tūc mūdificari in quolꝫ mēſe ꝓpter qđ qn̄ aperit̄ orificiū matricis in partu: tūc egreditur totū ſimul ſicut accideret: ſi aliquis retineret aliquā humiditatē clauſaꝫ in vno vaſe vt vinū in vegete clauſa: ſed qn̄ aperit̄ orificiū ſtatim exiret. ¶ Ex quib⁹ pōt itelligi vlterius ꝙ triplex eſt purgatio in mulieribus quedaꝫ eſt materie peccantis ſolū in quāto: ꝛ h̄ eſt nālis. alia peccat ſoluꝫ in quali: ꝛ h̄ eſt inālis. alia eſt que peccat vtroqꝫ modo: ꝛ iſta mediocriter ſe hꝫ. ¶ Deinde cū dicit.

¶ Si aūt nō purgata fuerit mulier purgatione partus egritudo ipſi magis erit ꝛ periclitabit̄ mori: neqꝫ ſi curā habuerit in breui: ꝛ ipſa deorſum agat purgatione.

¶ Hic oñdit quid accidit mulieri qn̄ nō eſt purgata in tēpore: ſup. ꝑfixato. ꝛ ex h̄ dat vnā neceſſitatē: q̄re dꝫ ipſas purgari poſt partū. ꝛ dicit. ꝙ ſi mulier nō mūdificat̄ poſt partū accidit ei magna egritudo ꝛ ſuſpicabit̄ in ea piculum mortis niſi curet̄ in breui tp̄e: aut ſi non hēat purgationē per deorſum. ¶ Iuxta qđ eſt intelligēdū ꝙ purgatio partus. i. poſt partū ſimilat̄ purgatiōi que accidit mulieribus ſm quēlibꝫ mēſem. nā ſicut illa eſt nālis: ita etiā iſta eſt nālis que eſt poſt partū. ꝛ ſicut purgatio que accidit ſm quēlibꝫ mēſeꝫ eſt nālis: q2 ꝓdeſt mulieri ꝓpter ſe ipſam. ſ. q2 mundificat̄ corpus eius a ſupfluitate: ꝛ remanet ex h̄ ſanior. Item ꝓdeſt ēt fetui qui dꝫ gnāri: q2 mundificat mām̄ ꝛ ſanguinē ex quo dꝫ fetus gnāri: ꝛ tunc generat̄ fetus ſanior: ita ēt in purgatiōe poſt partuꝫ accidit mundificatio que prodeſt mulieri ꝛ remanet ſanior in ſe. ¶ Itē cōfert fetui futuro gnāndo: q2 depurat ſanguineꝫ qui dꝫ cadere in eius mām̄. ꝛ ſicut ꝓdeſt purgatio taliuꝫ ſupfluitatū facta tp̄e cōueniēti: ita per oppoſitū eaꝝ retētio quādo deberēt euāri eſt gnātiua multaꝝ egritudinū. Et videte. illas egritudines nō noīat h̄ ꝓ tanto. q2 ſupra numerauit eas in illa p̄te. Eſt aūt q̄ſqꝫ ꝛ tradūt de ſanguine ꝛc. Et adhuc addit ſup illas egritudines. h̄. ſ. ꝙ nō ſolū accidēt ille egritudines. ſed vltra h̄ ſuſpicatur de morte ipſarū: q2 ſunt piculoſe valde ꝛ peiores illis ſupra enūeratis. ¶ Subdit aūt vlterius. ꝛ ſi neqꝫ habuerit vitā ī breui. Hoc pōt dupl̄r exponi. vno mō ꝙ periclitabit̄ mori. i. erit in periculo mortis ſi neqꝫ curaꝫ habuerit in breui. i. ſi nō curet̄ cito: ꝛ ꝓ ga ipſa agat. i. hēat purgationē deorſuꝫ. i. niſi mundificet̄ per inferius. ſ. a nā. ga ſi mundificet̄ a nā per matricē: tunc pōt euitare illa pericula. Alio modo pōt exponi ſic ꝙ ſi mulier non habuerit curā in breui. ſ. a medico: piclitabit̄ mori. i. ſuſpicabit̄ de piculo mortis ei⁹ ꝛ ꝓ q2: niſi ipa deorſū agat purgationē. i. niſi medic⁹ curet

ipſam purgando ipſam per deorſum.ſ. per fluxū ventris factū per inteſtina.naꝫ talis purgatio pōt excuſare purgationē per matricē aliquādo. ita ꝙ faciet ipſam euitare futura pericula:ſicut contingit aliqñ ꝙ purgatio alicuiꝰ hu. facta per vnū locū excuſat purgationē q̄ poſſet fieri ꝑ aliū locū:⁊ vtraqꝫ expō pōt eſſe cōueniēs. ¶ Deinde cū dic.

¶ Hic autē reduxi h ꝓpterea qualiter enunciē ꝙ puerorum ſit ſegregatio membrorūꝫ longiſſima. in puella quidē in.xlij.diebus:in puero vero in.xxx.diebus diuturna. Debeo autē ſm nunc nominare cām explanationis.

¶ Poſtq̄ oſtēdit modū ſm quē fit mūdificatio partus ⁊ quid accidit eis niſi mundificent᷑. Hic aſſignat cām q̄re illa purgatio que fit vltimo omni die poſt partū in pariēte feminaꝫ perdurat.40.diebus ⁊ in pariente maſculum perdurat.30.diebus: ⁊ poſuit cām huiꝰ:q᷑ in ꝑmis tēporibus a ꝑncipio cōceptionis modicus ſanguis veniebat ad matricē ad nutriendū fetum maſculuꝫ vſqꝫ ad.30.dies:⁊ minimus ſanguis veniebat a ꝑncipio vſqꝫ ad.40.dies in hn̄te femellam.h.n.dixit ſupra.ideo h vult declarare.Et circa h duo facit.q᷑ primo ꝓponit hoc.2ᵒ declarat.2ᵒ ibi.(Dico.n.retribui.) In ꝑma parte dicit ꝙ induxi hic.i.in iſta parte h.ſ.qō ſtatim dicet:ꝓpea qualiter. ꝓut enūcieꝫ .i.dicam:ꝙ ſegregatio.i.dearticulatio ⁊ diſtinctio mēbrorum longiſſima.i.in termino lōgiori qui fit in puella qdē .i.in muliere pariente puellam in.40.diebꝰ.vero ꝑ x diuturna.i.longiſſima diſtinctio mēbrorū accidit in puero.ſ. qui eſt fetus in.30.diebꝰ.debeo aūt nūc.i.hic noiare.i.aſſignare cām explanatiōis.i.hꝰ declaratōis. ¶ Deīde cū.d.

¶ Dico eni retribui ꝙ in matricibꝰ exiſtēti ſpermati minimus ſanguis venit a muliere ad matrices habēte femineū ſperma in.xlij.diebꝰ: in his aūt diebus articulant᷑ membra infantiū.ab hoc aūt tpe ipſi in plus venit ſanguis in puero ſm ipm numerū ⁊ rōnē.xxx.dierum:ſic aūt hꝫ aliud argumentū h ꝙ h vera ſunt. primis autē xxx.diebus quādo ſperma in matricē cadit minimus ſanguis vēit ad matrices a muliere.deinde in plus.ſi.n.coadunatus ⁊ multus venerit:nō vtiqꝫ ſperma poſſet ſpūm hr̄e:ſuffocaretur vtiqꝫ a ſanguine vehemente multo. Retribuitur aūt in purgatione ecōtrario.egredit᷑ aūt purgatio partus in primis diebꝰ plurima.deinde in minus donec finiatur.

¶ Hic exequit᷑ declarationē ꝓpoſiti.Et ꝑmo facit hoc.2ᵒ confirmat qō dixit per ꝓpriā experientiā. 3ᵒ tradit cauſā cuiuſdā dicti.2ᵒ ibi.(Multe itaqꝫ mulieres.) ibi 3ᵒ.(Cā aūt eſt quare femina.) In ꝑma pte dicit. dico.n.ꝙ retribui.i.nutrimentū dari ſpermati exiſti in matricibꝰ.ſupp. tm̄ mō.ſup.q᷑ minimus ſanguis.ſup.modicus ſanguis venit ad matrices a muliere.i.a corpore mulieris hn̄te ſperma femineū.i.ex quo dꝫ ↄcipi femina in.40.diebꝰ.i.vſqꝫ ad.40.dies.aūt ꝑ q᷑ in his diebꝰ.ſ.in.40.diebꝰ.articulātur.i.formant᷑.mēbra infantiū.ſ.puellarū. ⁊ tunc ſup.⁊ in 30.diebus in maſculis.ab hoc aūt tpe.ſ.in quo eſt ſperma in matrice in plus.i.ad plus:venit ſanguis in puero.i.in fetu maſculino.i.ſignificat᷑ fieri fetuꝫ in numero.30.dierū hoc aūt.ſ.qō ſicut dictū eſt.hꝫ aliud argumentū.i.rōnem ꝙ h ſint vera.ſ.ꝙ tantū tps ſit in earū purgatiōe poſt partum:⁊ h declarat applicando ad ꝓpoſitū in ꝑmis aūt.30. diebus.ſ.in pariente maſculū.ſup. ⁊ in.40. in pariente feminam quādo ſperma cadit in matriceꝫ minimꝰ ſanguis venit a muliere.i.a corpore mulieris ad matrices:deinde .ſ.poſt dictuꝫ tps plus ſuperuenit.ſ.ad augendum ipm.⁊ dat cām.ſi.n.ꝑ q᷑ coadunatus ⁊ multus veniret nō vtiqꝫ ſperma poſſet hr̄e ſpm̄.ſed pro q᷑ ſuffocaret᷑ a multo ſanguine veniente.ſup.ad ipꝫ ſperma:⁊ ſic ſuffocaret ⁊ corrūperet ipm:ſicut ignis a multo oleo vel paucꝰ ignis a multis lignis.retribuit᷑ aūt.i.euātur in purgatōe eꝯ.ſ.eius qō fit in aggregatiōe:aūt ꝑ q᷑ purgatio partus.i.poſt partuꝫ facta egredit᷑ plurima.i.magna quātitas in ꝑmis diebus .ſ.quando incipit purgatio fieri.deinde.ſ.in diebꝰ alijs ſequentibꝰ in minus.i.minorādo ꝓcedit quouſqꝫ finiat᷑ terminus eius.ſup.ſed in aggregatiōe eius eſt eꝯ.q᷑ ꝑmo aggregat᷑ parū:deinde multū. ¶ Sed ſtatiꝫ tu dices videt᷑ ꝙ illud qō hic inducit Hyp.ad declarationē ſui ꝓpoſiti ſit magis ↄriū ⁊ deſtructiuū ꝑncipij ſuper quo ſe fundauit ſupra ⁊ nō declaratiuū:q᷑ ſupra dixit ꝙ cā quare in pariente maſculū ꝓtendit᷑ eiꝰ dearticulatio vſqꝫ ad.30.dies ⁊ in pariente feminā vſqꝫ ad.40.erat:ꝓpea q᷑ tps mundificationis mulieris coequat᷑ tēpori gnātionis ⁊ diſtinctionis mēbroꝝ fetus:⁊ q᷑ in tpe generationis maſculi aggregabant᷑ ille ſuperfluitates vſqꝫ ad.30.diem ⁊ informatione fetus femie vſqꝫ ad.40.ideo perdurabat purgatio earum.30.diebꝰ in maſculo ⁊.40.in femina.hic aūt dicit ꝙ a ꝑncipio gnātiōis ⁊ formationis fetus modicus ſanguis deſcendit ad matricē. ergo tūc nō cōgregat᷑ ibi ſanguis: q᷑ ille qui deſcendit ad matriceꝫ extendit᷑ in fetu:quid ḡ dicit.ḡ nō coequat᷑ tps cōgregatiōis ſuperfluitatū tēpori expulſionis eaꝝ. ¶ Dōm ad h ſicut dicit Hypo.in lr̄a.ꝙ in ꝑmis.30.vel.40.diebꝰ minimus ſanguis deſcendit ad matriceꝫ ꝑꝑ cām quā ponit Hypo.q᷑ ſpūs ſpermatis deſcendens a patre ſit ꝑmo paucus ſi ſupueniret ei ſanguis in magna quātitate deſtrueret᷑ ſpūs ⁊ ſuffocaret:⁊ ſtatim ex multitudine nutrimenti : ſicut ſi ſuper paruū ignē ꝓijciatur magna q̄ntitas lignoꝝ corrūpit᷑ ignis:corrupto aūt ſpū exñte in ſpermate corruptus eſſet actus gnātiōis.ḡ ſi multus ſanguis veniret ad matrē a principio corrūperet᷑ actus gnātionis.Et hec rō Hypo.eſt ſūpta ex fine. ¶ Sꝫ h etiā declarat᷑ ex efficiente:q᷑ cum ſpūs qui eſt in ſpmate a ꝑncipio ſit paucus:ideo parū hꝫ de potētia attrahēdi ad ſe ſanguinē:q᷑ ſua potētia ⁊ virtus ꝓportionat᷑ ſue q̄ntitati:⁊ ideo qñ in ꝓceſſu eſt augmentatus ⁊ multiplicatus plus attrahit de nutrimēto. ¶ Ex his ſi ſubtiliter iſpiciatur hꝫ Hypo.ꝓpoſitū qō vult ꝓbare ⁊ nō facit ↄ vt tu dicis.naꝫ ex h hꝫ ꝙ parū attrahit᷑ de ſanguine a principio a ſpū ſpermatis patris: ⁊ ex hoc hꝫ ꝙ a ꝑncipio minus ↄſumitur de ipſo:⁊ per ↄ̄ns a ꝑncipio plus de ipſo remanet ⁊ cōgregat᷑ in vaſis mulieris:⁊ q̄nto magis ꝓcedit ſe augendo ⁊ multiplicādo plus attrahit ⁊ cōſumit de ſanguine: ⁊ per ↄ̄ns minus cōgregat de ipſo: ⁊ ſic facit quouſqꝫ fetus ſit totus figuratus ⁊ cōpletus:⁊ eodē mō fit in euōne que fit poſt partū ꝑmo multū euātur ſicut ꝑus multus cōgregabat᷑:⁊ q̄nto plus ꝓcedit tanto minus euacuat in vice:ſicut in gnātione fetus q̄nto plus ꝓcedit eius augmentū vl generatio tanto minus de ſanguine cōgregabat᷑. ¶ Et ex h appet manifeſte ꝙ ꝑncipiū Hyppo. ſup qō ſe fundauit eſt verū:q᷑ tps euōnis eſt ꝓportionale tēpori aggregationis. ¶ Tunc ad rōnē iam pꝫ ſolutio:q᷑ viſum eſt ꝙ illud argumētū ꝓbat potius ꝓpoſitū q̄ oppoſitū Hypo.

¶ Multe vtiqꝫ mulieres corruperunt puerum paulo ante trigeſimū dieꝫ: ⁊ inarticulatus apparuit. quecūqꝫ vero poſterius aut ſimul.xxx. diebus articulata apparebāt exñtia: ⁊ in puel-

la ſ m rõnẽ.xlij. dierum quãdo corrũpet̃ videt̃ articulatio membrorũ: ſiue prius corrũpatur puer ſiue poſterius: ſic videt̃ ⁊ rõne ⁊ neceſſitate articulatio exiſtens. in puella quidẽ in.xlij. diebus: in puero. in.xxx. teſtat̃ enĩ aborſus infantium ⁊ immundificationes partus.

¶ Hic confirmat que dixit ꝓpria experientia.ſ. ꝙ in p̃mis 30.vel.40.diebus fit minimus deſcenſus ſanguis ad matricem: ⁊ in hoc ſuppoſuit ꝙ tempus formationis maſculi eſt.30.dierũ: ⁊ femine in.40.dieb⁹. h̃ declarat.⁊ dicit. ꝙ ita ſit apparet. q: multe mulieres corruperũt puerum .i.abortiuerunt paulo ante tẽpus.30.dierũ: ⁊ tunc inarticulatus apparebat fetus maſculus: ſed quecũq; mulieres abortiuerunt in tẽpore poſt.30.dies: aut etiã in.30.diebus apparebant membra pueri articulata: ⁊ in puella apparebat articulatio mẽbrorũ in.40.diebus. ⁊ quãdo corrũpit̃ ante hunc terminũ puella nõ apparet eius dearticulatio. ⁊ ſic apparet rõne ⁊ neceſſitate experientie cõprobata ꝙ dearticulatio membrorũ pueri eſt in.30.diebus: ⁊ femine in.40.ſicut teſtantur aborſus earũ ante p̃dictũ terminũ. ⁊ rõ ſũpta a mundificatiõe poſt partũ que ſupra dicta eſt. ¶ Et notãdũ ꝙ ſi fiat aborſus pueri in.30.dieb⁹ vel puelle in.40.nõ appet eorũ cõfiguratio: ſicut dicit Ar.ſi cadat in terrã: ſed ſi ꝓijciat̃ in aquã: tunc manifeſte appet eorũ cõfiguratio ⁊ plaſmatio: ⁊ h̃ eſt: q: in aq̃ frigida ꝓp frigiditatẽ cõſtringant̃ mẽbra ⁊ cõdenſant̃: ⁊ ideo tũc magis apparet eorũ cõfiguratio: q: figura magis appet in re dẽſa ⁊ cõſtante ꝗ̃ in re fluida ⁊ debili. ¶ Deinde cũ dicit.

¶ Cauſa aũt eſt. q: femina coagulat̃ poſterius ⁊ articulat̃. q: ſperma infirmius ⁊ humidius mulieris ꝗ̃ viri: ⁊ neceſſe eſt ſm hanc rõnẽ poſterius feminã coagulari ꝗ̃ maſculũ: ⁊ mũdificatio diuturnior h̃ cauſa: cum in femina magis de ſuba ſit ꝗ̃ in maſculo.

¶ Hic aſſignat cauſã cuiuſdã dicti. dixit.n. ꝙ femina tardius format̃ ꝗ̃ maſculus in vtero matris: q: tardat vſq; ad.40.⁊ maſculus perficit̃ et format̃ in.30.dieb⁹. ⁊ dicit ꝙ cauſa h̃ eſt: q: ſperma.i. mã ſpermatica mulieris.i.ex qua generat̃ femina eſt infirmius.i. debilius: ⁊ humidi⁹ .i.aquoſius ꝗ̃ ſupp. ſperma viri.i.ex quo generat̃ maſculus: ⁊ ideo neceſſe eſt ſm hanc rõnem.i. ꝓpter hãc cãm feminã poſterius.i.tardius coagulari ſup. ⁊ figurari ꝗ̃ maſculum: ⁊ h̃ cauſa.i. ꝓpter hanc cãm tandem fit diuturnior mundificatio in femina.i.in pariente feminam ꝗ̃ in maſculo.i. ꝗ̃ in pariente maſculum ⁊c̃.

Queritur circa vltimã partẽ vtrũ tardius formet̃ femina in matrice ꝗ̃ maſculus vel eõ. Et arguit̃ ꝙ maſculus tardius formet̃ ꝗ̃ femina in matrice. q: ſicut ſe h̃ generatio rex artificialium in arte: ita ſe dẽ habere gñãtio facta a nã. q: ars imitat̃ nãm. ſed in generatione artificiali ſic accidit ꝙ ꝗ̃to artificiatũ eſt maius tanto tardius cõpletur ab artifice. ergo ⁊ ꝗ̃tũ generatum a nã eſt maius tanto in longiori tẽpore complet̃: ſed maſculus eſt maior ꝗ̃ femina. ergo citius dearticulantur mẽbra in fetu feminino ꝗ̃ maſculino. ¶ P̃. Illud qḋ tardius cõpletur extra vterũ matris: tardius etiã dẽ cõpleri eius figuratio in vtero matris: ſed maſculus tardi⁹ completur extra vterum ꝗ̃ femina. ideo ⁊c̃. Maior patet. q: ſicut formatio pueri in vtero matris eſt eius cõpletio ibi ſic ⁊ exterius. Minor apparet. q: videmus ꝙ omnia opa que ſunt ad perfectionẽ aĩalis citius fiant in femina ꝗ̃ in maſculo.ſ. augmentũ ⁊ emiſſio ſpermatis ⁊ gñãtio: nã mulier citius peruenit ad eius augmentum ꝗ̃ vir. itẽ citius ſpermatizat. item citius generat ꝗ̃ vir. ergo ⁊ in matrice citius complebitur ꝗ̃ vir.

In oppoſitũ eſt hic Hyppo. ⁊ Auicẽ. in ſuo 9° de animalibus. ⁊ 3° cañ.

Ad hoc dõm ſicut dicit Hypo. ꝙ femina tardius cõpletur ⁊ format̃ in vtero matris ꝗ̃ maſculus. q: eius formatio cõpletur in. 40. diebus: ⁊ formatio maſculi in.30. ſm iſtum auctorẽ. verũ eſt ꝙ de iſto nũero dierũ eſt maxima diſcordia inter ſapientes: ⁊ de hoc dicã vobis in ꝓceſſu: tñ quicquid ſit de illo. hoc eſt verũ. ꝙ in vtero citius perficitur maſculus ꝗ̃ femina: ſed extra vterum accidit ecõuerſo.ſ. ꝙ citi⁹ cõpletur femina ꝗ̃ maſculus. Rõ p̃mi.ſ. quare in vtero citi⁹ perficit̃ maſculus põt ſumi ex quatuor.ſ. p̃mo ex loco. 2° ex generatiõe. 3° ratiõe qualitatis materie. 4° ratione admixtionis ſuperfluitatũ vel non admixtionis cum materia. tñ h̃ quatuor poſſent reduci ad duo p̃ncipia in generatiõe.ſ. ad p̃ncipiũ actiuũ ⁊ paſſiuum. ⁊ ſi actiuũ vel eſt ꝓprium agens vt agens particulare vel cõe vt locus. ſi ratione materie que eſt p̃ncipium paſſiuũ. h̃ eſt duplr̃. vel rõne qualitatis eius vel ratione ſube.ſ. rõne puritatis vel ĩpuritatis eius. vel poſſũt reduci ad tria p̃ncipia: ſicut tria cõcurrunt ad gñãtionẽ.ſ. locus in quo: ⁊ agẽs qḋ: ⁊ mã ex qua generat̃. ⁊ poſtea materia in duo ⁊c̃. Sed vt magis omnia declarent̃ accipiamus vnũquodq; iſtorũ per ſe. ¶ Dico ergo ꝙ p̃ma ratio: quare citius perficit̃ puer in matrice ꝗ̃ femina eſt ex pte nãe loci. verũ eſt ꝙ h̃ rõ non ꝓbat neceſſitatẽ. q: nõ eſt in oĩbus ⁊ ſemp vera. ſed ꝓbabilitatẽ inducit: q: in plurib⁹ ſic eſt. tunc arguo. illud qḋ generat̃ in loco calidiori citius peruenit ad cõplementũ eius ꝗ̃ qḋ generat̃ in minus calido: ſed maſculus gñãtur in loco calidiori ꝗ̃ femia. iõ ⁊c̃. Maior p3. q: caliditas eſt maxie actiua iter ceteras q̃litates: ⁊ iõ citius ei⁹ effcm̃ ĩducit ad cõplemẽtũ. Minor appз: q: maſculus vt in plurib⁹ gñãtur in dextro matricis feia vt in plurib⁹ in ſiniſtro. aliq̃ñ aũt accidit eõ. ⁊ iõ q̃ volunt hr̃e fet⁹ maſculinos ſtati poſt coitũ faciũt ſub latere dextro iacere mulierẽ: ⁊ q̃ femias ſub ſiniſtro. Et ꝓp h̃ ẽt ꝯtingit ꝙ in hñte maſculũ pl's ⁊ citius ꝑuenit lac ad mãmillã dextrã ꝗ̃ ad ſiniſtrã: ⁊ magis tumeſcit: q: nã nõ ſolũ aĩal gñãt: ſed ꝑficua aĩali: ⁊ q: mãmilla dextra maiorẽ affinitatẽ h3 cũ dextra pte mr̃icis ꝗ̃ cũ ſiniſtra: iõ tunc illa mãmilla magis eminet. ¶ Itẽ ex h̃ verificat̃ aliud ſignũ ꝙ mulier citius mouet pedẽ dextrũ cũ incipit moueri ſurgẽdo. q: plus h3 de calore ⁊ ſpũ in illa pte ꝓp fetum eõ de femina in ſiniſtro latere. ¶ 2ª rõ ſumit̃ ex pte p̃ncipij actiui. nã id qḋ fit ab agente fortiori citius fit ꝗ̃ qḋ fit a debiliori: ſed maſculus fetus p̃ fit ab agente fortiori ꝗ̃ femina. g̃ ⁊c̃. Maior p3. q: ꝗ̃to agẽs eſt fortius tanto citius ꝑficit actionẽ ſuã. nã hoc forte agens facit in paruo tpe: qḋ facit debile in magno: vt appet 3° de ſimplici medicina. Minor apparet. q: maſculus cauſat̃ a maſculo digerente ⁊ perficiente humidũ: quã mãm ſibi aſſimilat in maſculinitate ꝓp eius fortitudinẽ. digõ aũt fit a calido nãli ⁊ ĩdigeſtio a diminuta caliditate. q̃re ⁊c̃. Et hãc rõnẽ tetigit Hyp. cũ dicit ꝙ ſperma: ex quo femia gñãtur: eſt ĩfirmi⁹.i. debili⁹ ꝗ̃ illud qḋ generat maſculũ. g̃ tardius ꝑficit̃ fet⁹ femie ꝗ̃ maſculi in vtero matris. ¶ 3ª rõ ſumit̃ ex parte qualitatis mãe. nã illud qḋ cõſtat ex mã magis humida ⁊ fluida tardius figurat̃ ⁊ dearticulatur ꝗ̃ qḋ cõſtat ex mã fixa ⁊ ſtabili: ſed femia eſt h̃. ideo ⁊c̃. Maior apps. q: figuratio ⁊ lineatio dẽ termiari in re fixa ⁊ ſtabili: ⁊ nõ ĩ re hũida ⁊ fluxibili. q: tũc nõ retineret̃ quouſq; veniat ad ĩſpiſſationẽ ⁊ fixionẽ. Mior appet. q: mã ex q̃ gñãtur femina



Fundación Uriach

eſt humida ⁊ aquoſa ꝑpter indigeſtionē que nō potuit inſpiſſare: ſicut oportuit ⁊ ſicut fecit in maſculo. q̃re ⁊c̃. Et hanc rōnem tetigit Hypo. cum dixit. ⁊ humidius. ❡ 4ª ratio ſumit̃ ex parte puritatis vel impuritatis mãe. nam illud qđ generat̃ ex materia puriori ⁊ minus admixta ſuperfluitatibus citius cōpletur ⁊ perficit̃ q̃ illud in cuius materia eſt permixtio multaruꝫ ſuperfluitatū: ſed materia ex qua maſculus generat̃ eſt purior q̃ illa ex qua generatur femina. ideo ⁊c̃. Maior patet. quia quãto materia eſt magis pura ⁊ homogenea: tãto magis obedit actioni agentis: ⁊ quãto magis ei obedit: tanto recipit ſuã formam ⁊ impreſſionē: ⁊ per cōſequens citius cōpletur. Minor apparet. quia cum maſculus fiat ex dominio agentis ſupra patiens: ⁊ per digeſtionē: ⁊ femina ꝑpter reſiſtẽtiaꝫ ⁊ inobedientiaꝫ materie ipſi mãe vel agenti: ⁊ ꝑpter indigeſtionē eius: ideo multas in ſe multiplicat ſupfluitates: ⁊ ideo difficile ⁊ in longiori tēpore ſuſcipit formã agentis: ⁊ ꝑpter h̃ cōtingit q̄ debentes parere feminas vt in pluribus ſunt turpis coloris in facie ⁊ grauiores ſatis q̃ debentes parere maſculos ꝑpter multitudinē ſuperfluitatum mãe aggrauantiū nãm: ⁊ ſic apparet ꝑmū. ſ. quare in vtero matris citius perficit̃ maſculus q̃ femina. Ratio ſecūdi eſt. ſ. quare extra vteꝝ matris perficit̃ citius femina q̃ vir. Et ratio huius eſt quadruplex. ꝑma rōne qualitatis mãe. ſcđa rōne quãtitatis eius. 3ª rōne intẽtionis nature. 4ª rōne periodorum. ❡ Prima rō talis ē. Illud qđ fit ex materia humidiori citius pōt extendi ⁊ dilatari q̃ qđ fit ex mã ſolidiori: ſed femina cōſtat ex materia humidiori. maſculus v̄o ex mã ſolida magis ſpiſſa ⁊ dura. quare ⁊c̃. Maior patet. quia lꝫ humidū inquãtū tale ſit male terminabile termino proprio: vt dicebat̃ in mã mulieris exiſtente in matrice ꝑpter fluxibilitatē ſuam: tñ qñ incipit cōſtare ⁊ figi citius pōt extendi ⁊ dilatari ⁊ terminationē ſuſcipe ꝑpter ſui obedientiã agenti: durū aūt difficilius: q̄ magis reſiſtit agenti. Mior declarata eſt ſupra. quare ⁊c̃. Et hanc rōnem ponit Hypo. in 3º epidimie ſi bñ recolo. ❡ 2ª cauſa ſumit̃ ex parte quãtitatis: q̄ illud citiꝰ peruenit ad augmentuꝫ in quo eſt plus de humido: ſed h̃ eſt in femina magis q̃ in maſculo. ergo ⁊c̃. Maior patet: q̄ augmentū fit per maioreꝫ cōuerſionē humidi q̃ ſit illud qđ deperditur. illud ergo qđ plus hꝫ de tali humido citius creſcet. Minor apparet. q̄ mulier tenet ſe ex parte mãe. vir aūt ex parte forme: ⁊ ideo plus dꝫ eē de humiditate in femina in quãto: cum humiditas ſic qualitas paſſiua q̃ in maſculo. quare ⁊c̃. ❡ 3ª ratio ſumitur ex intẽtione nature. q̄ illud tardius perficit̃ a natura: circa qđ nã eſt magis intenta: ſed nã eſt magis intenta circa gñatōeꝫ maſculi q̃ femine. ergo tardius extra matricē perficitur. Maior pꝫ. q̄ ſicut dicit Auicē. 9º de aïalibꝰ. nã ſe cito expedit de eo: circa qđ minus eſt intenta. Minor appꝫ per pħm 2º de gñatione animaliū: qui vult q̄ nã per ſe ſemꝑ intendat generationē maſculoruꝫ. feminarū aūt per accidens: q̄ femina eſt vir occaſionatus. q̃re ⁊c̃. ❡ 4ª cã ſumitur ex ꝑte periodoꝝ vite: q̄ illđ qđ hꝫ breuiores periodos vite: ⁊ citius dꝫ mori: citius accelerat ſuū cōplemẽtū: ſed femina eſt hꝫ reſpectu viri. g̃ ⁊c̃. Maior ⁊ minor ſunt note. q̃re ⁊c̃. Et ſic apparet q̄ nō eſt ſile de augmẽto fetꝰ in matrice ⁊ extra matricē. ſed oppoſito mō ſe hñt.

Ex his ad rōnes. Ad ꝑmã cum dicit̃: ſicut ſe hꝫ in arte: ita ⁊ in natura. dōm q̄ verū eſt qñ ſimilia cōcurrūt oīo eodē mō in magno ⁊ paruo: ſed q̄ maſculus nec femella ſūt oīo ſilia nec quo ad locū nec quo ad agēs nec q̃tum ad diſpōnes mãe: ideo nō eſt ſile de maſculo ⁊ femella. ❡ Et eodē mō ad 2m. q̄ nō eſt ſile de ꝑfectōe in vtero: ⁊ extra vteꝝ ꝑp cauſas dictas: q̃re ⁊c̃. ⁊ ſic de illo.

Redibo aūt iterum retro vñ diſceſſi.

❡ Superius oñdit Hypo. qđ eſt tp̄s in quo ꝑuenit diſtinctio mēbroꝝ in fetu ⁊ qualiter fit. ⁊ oſtēdit cãm ⁊ modū mundificatiōis facte in muliere pariente maſculū ⁊ femellã. Hic q̄ in oſtenſione modi ⁊ cauſe purgatiōis mulierū poſt partuꝫ videbat̃ digreſſionem feciſſe a ꝑpoſito: qđ erat oſtēdere diſtinctioneꝫ mēbroꝝ fetus: ideo redit ad ꝑpoſitum ad oſtendendū cognitionē diſtinctionis mēbrorū fetus magis cōplete q̃ ſupra oſtendit. Et duo facit. q̄ ꝑmo ꝑmittit qđ intendit. 2º exequit̃. ſcđa ibi (Quãdo aūt articulatur) ❡ Iuxta ꝑmã partē notandū ne videat̃ ſuperflue interpoſuiſſe cãm ⁊ modū mūdificatiōis mulieris in partu: q̄ cã quare depoſuit de eñone mulieris inter ꝑdictã determinationē ⁊ ſequentem eſt hec: q̄ dixit ſupra q̄ articulatio quã facit in maſculo eſt longiſſima vſq̄ ad. 30. diem. in femina aūt vſq̄ ad. 40. modo: q̄ hoc tp̄s dearticulationis mēbroꝝ ꝑbat̃ per tp̄s mundificatiōis partus: iō gr̃a huiꝰ ad hoc declarãdū determinauit ⁊ interpoſuit de mundificatione partus. ❡ Deinde cum dicit.

❡ Quãdo auteꝫ articulatur infans ſm̃ formas membrorum ipſo aucto oſſa ⁊ membra duriora fiunt ⁊ cauantur: ⁊ h̃ a ſpiritu fiunt. concaua autem exiſtentia attrahunt ad ſe a carnibus ſanguinis pinguiſſimum.

❡ Hic exequit̃ ⁊ ꝑcedit ſic ſicut ſeipm̄ ordinat: nam ꝑmo cōplet cognitionē dearticulationis mēbroꝝ interiorum. 2º cōplet cognitionē dearticulationis mēbroꝝ exterioꝝ. ſcđa ibi. (Et tēpore ramificant̃.) Prima dicit q̄ quando infantiū partes articulantur ⁊ diſtinguūtur ſm̃ ꝑpriam figurã vniuſcuiuſq̄ illorū ipſo exiſtēte aucto: oſſa: alr̃s mēbra ⁊ melius duriora fiūt q̃ prius: ⁊ melius ſtant mēbra: q̄ nō ſolum eſt verū de oſſibus: ſed de alijs mēbris omnibus ⁊ concauant̃: ſup. membra que debent eſſe cōcaua: ⁊ hec. ſ. dearticulatio ⁊ cōcauatio fiunt a ſpiritu: cōcaua aūt exiſtentia. ſ. iſta membra attrahūt ad ſe a carnibꝰ. i. a maſſa carnea ſanguinis pinguiſſimi. i. illud qđ eſt pinguiſſimū de ſanguine. ſ. dulce ⁊ vnctuoſum vt ex eo augeãtur ⁊ nutriantur. ❡ Iuxta quod eſt intelligenduꝫ q̄ Hypo. vult hic dicere q̄ tunc dearticulant̃ membra in puero: quãdo ipſe augetur: ⁊ quando fiunt duriora: ꝑpter qđ notanduꝫ q̄ ſicut extrahitur ex ſcđo de generatione animaliuꝫ. ab Ar. duplex eſt dearticulatio mēbroruꝫ quedã eſt omnino perfecta ⁊ completa ⁊ manifeſta ad ſenſuꝫ. alia eſt nō omnino perfecta: ſed quaſi cōfuſa. modo ꝑma diſtinctio ⁊ dearticulatio membrorū nō apparet niſi quãdo mēbra fetus augent̃: ⁊ quãdo fiunt duriora. Et ratio huius eſt. ⁊ ꝑmo quare apparet talis cōfiguratio mãifeſta quãdo mēbra augent̃. quia in maiori quãtitate rei melius ⁊ manifeſtius cognoſcitur figura ⁊ ꝑtractio linearuꝫ q̃ quãdo eſt in re parue quãtitatis: ⁊ ideo quãdo membra ſunt paruiſſima non bene diſtinguitur concauitas ⁊ figuratio membroruꝫ. ❡ Scđa cauſa eſt: quia plaſmatio ⁊ configuratio proprie debent̃ membris officialibus: ⁊ quia vna dr̃ia nature officialis eſt quantitas ſicut numerus: ⁊ poſitio ſunt etiam eius differentie: ideo melius apparet plaſmatio in eis quãdo ſunt aucta in quãto: ſilr̃ quando in eis facta eſt induratio melius apparet cōfiguratio in fetu: q̄ qñ ſunt fluida ⁊ liquida nō retinetur bene diſtictio ⁊ figuratio in eis: ⁊ ideo anteq̃ indureſcãt: dato q̄ ſint figurata mēbra: ſicut dicit Ar. ⁊ dato q̄ ſit fetus maſculus in. 30. diebꝰ vel femia in. 40. qñ ſunt cōpleti ſi cadãt in terrã nō videbit̃ coꝝ cōfiguratio. Si aūt ponant̃ in aqua frigida ſic. q̄ tūc

inſpiſſanť ⁊ condenſanť partes ⁊ apparet figuratio in eis.
⁊ ideo quãdo membꝛa apparent duriora magis apparet
magis eorum dearticulatio. ¶ Ulterius notandũ de eo
qḋ ſubdit: ⁊ cõcauanť. ꝙ hoc dꝫ intelligi quãtũ ad mẽbꝛa
que debent hr̃e cõcauitates: ⁊ ſi referať q̃tuꝫ ad concaui
tatem: que eſt ſpongioſitas poroꝝ: per quos trahiť nutri
mentũ: omne mẽbꝛũ vt ſic eſt cõcauũ: qꝛ omne mẽbꝛũ nu
tritur ꝑ receptionẽ nutrimẽti in poris. ¶ Et ex his appet
vlterius ꝙ concauatio eſt de ꝑmis operibꝰ vite que fiunt
in corpore: ⁊ hoc appet: qꝛ ꝑmũ mẽbꝛum qḋ generať .ſ. coꝛ
hꝫ vtrãq; cõcauitateꝫ .ſ. manifeſtã ⁊ poroſam. ¶ Ulteriꝰ
notãdũ de eo qḋ ſubdit. a ſpiritu: qꝛ diceret aliquis a quo
ſpiritu fit h̄ dearticulatio ⁊ ꝯcauatio: nunqd fit hoc a ſpũ
fetus: an a ſpũ cõflato ſibi ex matrice: vł a ſpũ ſpermatis:
vel ab anhelitu fetus. de hoc dicit Ar. 2° de gñatione aīa
lium. ꝙ quidã phoꝝ poſuerũt ꝙ talis articulatio fit a ſpũ
cõflato fetui a matrice. aliȷ̃ dixerunt ꝙ fit a ſpũ anhelitꝰ
pueri perforante ⁊ cõcauante. ¶ Sed vt dicit phus ꝑmi
dicunt falſum: qꝛ quedaꝫ ſunt aīalia que ſolum extra coꝛ
pus matris dearticulanť: ſicť oīa aīalia ouificãtia. ergo ta
lia nõ fiunt a ſpiritu cõflato a matrice. ¶ Item etiaꝫ di
cunt falſum ꝓpter tria. ꝑmo qꝛ aliqua aīalia nõ reſpiran
tia habẽt cõcauitates membꝛoꝝ: vt aīalia vermificantia.
ergo ſaltim in illis nõ eſt verũ. Iteꝫ qꝛ quedã mẽbꝛa ſunt
cõcaua: vt coꝛ cerebꝛũ: ⁊ epar anteq̃ pulmo oꝛiať qui eſt
inſtrumentũ anhelitus. Iteꝫ qꝛ quedã ſunt aīalia que nõ
vident poſt reſpirationẽ multis diebus. vt lupi ⁊ canes ⁊
hꝫ. ideo illi nõ dicunt verũ. ¶ Propter qḋ dõm ſm ſñiaꝫ
Ar. ꝙ oīa h̄ ſunt opera informatiue virtutis .ſ. cõcauatio
lineatio ⁊ plaſmatio ⁊c̃. Et ideo oꝫ ꝙ fiant ab eo qḋ eſt ꝑn
cipium informatiõis. ad hoc aũt duo cõcurrunt. vnuꝫ eſt
agens ꝑncipale: ⁊ h̄ eſt aīe virtus que eſt in ſꝑmate emiſ
ſo a patre. 2ᵐ eſt inſtr̃ale .ſ. caloꝛ inatus qui eſt in ſperma
te: mediante quo agit virtus informatiua. virtus ergo in
formatiua eſt illud qḋ hꝫ potentiã informandi ⁊ cõcauã
di. nam ſicut vult Ar. 2° de gñatione aīalium. ſperma fe
mineum eſt in potẽtia paſſiua ad recipiẽdũ configuratio
nem ⁊ plaſmationeꝫ hoīs. ſperma ergo maſculi eſt in po
tentia actiua ad eius informationẽ ꝓducendaꝫ: quãdo ḡ
actiũ approximabiť paſſiuo neceſſario fiet cõfiguratio et
plaſmatio. nõ fit ergo a ſpũ cõflato a matrice: nec qꝛ caro
vadat ad carnẽ ⁊ neruus ad neruũ: ⁊ os ad os ⁊c̃. Ut vide
bantur ſonare verba Hypo. ſupꝛa. ꝙ ſimile vadat ad ſile:
vt ibi declaratũ fuit. ⁊ quõ ſunt intelligenda verba Hyp.
ibi. nõ aũt ſicut videnť ſonare. ¶ Aduertendũ tñ ꝙ hec
virtus informatiua que eſt in ſpermate emiſſo a patre nõ
agit niſi mediante calido inato ſpermatis: qḋ eſt eius oꝛ
ganum: ⁊ ideo diciť fieri a calido ſm ꝙ regulať ⁊ moueť
a virtute informatiua ſpermatis: ⁊ qꝛ ſpũs ſpermatis eſt
ille caloꝛ: quo mediante agit virtus informatiua: ideo di
xit Hypo. ꝙ h̄ omnia fiunt a ſpiritu .ſ. qui eſt oꝛganũ gene
ratiue virtutis. ⁊ qꝛ hic ſpũs qui eſt in ſpermate nõ eſt ſpi
ritus ipſius fetus nec ipſius matris: ſed eſt a ſpiritu cõfla
to in ſpermate ab ipſo patre ⁊ nõ a matre. qꝛ mater exhi
bet fetui ſolũ mãꝫ: vt declaratũ fuit ſupꝛa: pater vero foꝛ
mam. q̃re ⁊c̃. ¶ Ulterius notandũ ꝙ lꝫ iſte ſpũs ſit emiſ
ſus a patre: tñ in gñatione ⁊ actione recipit adiutoꝛiũ 2ᵐ
a matre .ſ. qꝛ fouetur a materia que tribuiť a matre: ſicut
dicebat ſupꝛa Hypo. ꝙ hic ſpũs attrahit frigidũ matris a
coꝛpoꝛe a quo fouetur: quia emittitur paucus a ꝑncipio. ⁊
ideo attrahit ad ſe ſanguineꝫ a matrice ⁊ cõuertit aliquã
eius partem in ſpũm ⁊ nutritur ⁊ augeť ab eo: ſicut ignis
paruus a lignis quo aucto põt melius informationẽ fecꝰ.
¶ Iteꝫ adiuuatur ſcḋo ab ipſo fetu: h̄ modo: quia cũ ſper
ma ſit ſicut emancipata pꝛoles. vt dicit Ariſto. ſcḋo de ge

neratione animaliũ. quã opoꝛtet per ſeipſam regere. ꝑmo
generat quoddã ꝑncipiuꝫ: qḋ eſt totius fetus ⁊ cõſtitutio
nis animalis radix ⁊ fundamentũ .ſ. ꝑm coꝛ: qḋ eſt totius
aīalis generatio: ita ꝙ generato coꝛde generatũ eſt ipſuꝫ
animal: qꝛ coꝛdi per ſe ꝯtingit generatio. aliȷ̃s aũt partibꝰ
non ꝓpꝛie: ſed eſt ad modũ augmenti. ⁊ ideo virtus gene
ratiua ſpermatis ꝑmo generat coꝛ mediante ſpiritu eius:
⁊ coꝛ generatũ adiuuat virtuteꝫ generatiuã ſpermatis in
generatiõe alioꝝ membꝛoꝝ tanq̃ oꝛganũ mediatũ: ita ꝙ
virtus generatiua que eſt in ſpermate eſt agens ꝑncipale
⁊ eius ſpũs ſpermatis eſt eius ꝑmũ inſtrumentũ in gene
ratione coꝛdis: ⁊ poſtea coꝛ cum ſuo ſpiritu adiuuat virtu
tem generatiuã ſpermatis cũ ſuo ſpiritu ad foꝛmandum
alia mẽbꝛa ꝑncipalia .ſ. cerebꝛũ epar: ⁊ teſticulos: ⁊ poſtea
alia mẽbꝛa adhuc adiuuant virtutẽ generatiuã coꝛdis cũ
ſuo ſpiritu ad generandum venas ⁊ neruos: ⁊ oꝛta ab eis
quouſq; totũ aīal ſit cõpletum. ¶ Ulterius notandũ de
eo qḋ ſubdit: ꝙ mẽbꝛa exiſtẽtia ꝯcaua attrahũt ad ſe a car
nibus ſanguinis pinguiſſimi: ꝙ membꝛũ ꝑmo generatuꝫ
.ſ. coꝛ hꝫ concauitateꝫ: ⁊ mẽbꝛa alia habẽt cõcauitatẽ aut
manifeſtã: vt vene ⁊ neruí ⁊ hꝫ. aut occultaꝫ vt poroſita
tes: per quas mẽbꝛa attrahunt nutrimentuꝫ. qꝛ ergo ſunt
cõcaua recipiunt alimentũ in cõcauitate: ex quo nutriun
tur ⁊ augentur: ⁊ quia nutritio ⁊ augmentũ nõ fit niſi per
digeſtionem ſanguinis puri: ideo attrahunt ſanguinẽ pin
guiſſimũ .ſ. durum ⁊ digeſtũ: ex quo debent mẽbꝛa gene
rari. naꝫ per hoc oſtẽdit qualis ſanguis dꝫ eſſe ille: ex quo
fit generatio ⁊ augmentũ: qꝛ debet eſſe purus. Et rõ huiꝰ
eſt. quia eadeꝫ eſt mã generationis ⁊ nutricationis: nunc
aũt nutritio fit a pingui dulci vnctuoſo. vt pꝫ in libꝛo de
ſenſu ⁊ ſenſato. ḡ ⁊ generatio etiã. nam ex eiſdeꝫ ſumus ⁊
nutrimur ſm phm 2° de generatiõe ⁊ coꝛruptiõe. ¶ Ul
terius notandũ de eo qḋ dicit. a carnibus. nam ſicut appa
ruit ſupꝛa menſtruũ mulieris ꝑmo apparet: quaſi butirũ
lactis vſq; ad ſex dies. poſtea in nono die apparẽt quedã
gutte ſanguinee in ipſo ⁊ eſt aliquãtulum plus ſpiſſuꝫ: po
ſtea in q̃ntadecima die appet totũ ſanguis. poſtea in .27.
apparet ad moduꝫ cuiuſdam fruſti carnium indiſtincte:
⁊ ſicut quedã maſſa carnea. poſtea apparet quaſi caro ma
ſticata: ⁊ ſunt ibi ꝑncipalia membꝛa ſub eſſe confuſo: que
attrahunt ab illa maſſa carnea ſanguinem purum: a quo
nutriuntur ⁊ augentur: ⁊ hoc eſt qḋ vult dicere Hyppo. ⁊
pꝛo tanto vocat illam maſſam carnis in plurali dicens. a
carnibus: quia licꝫ in confuſe ⁊ indiſtincte videatur tota
vna. tamen quia ex ea debent generari et nutriri et auge
ri plura mẽbꝛa: qꝛ tota moles aīalis: ⁊ hec ſunt plura mẽ
bꝛa: ideo dixit a carnibus in plurali. ¶ Deinde cũ dicit.

¶ Et tempoꝛe ꝓcedente ramificanť iterum ex
trema oſſium ſicut arboꝛis extrema poſtremo
ramificanť: ita ⁊ pueri diſtant adinuicem digi
ti manuum ⁊ pedum.

¶ Hic intendit complere ſermonẽ de articulatione mem
bꝛorum exterioꝝ. Et duo facit. quia ꝑmo complet ſermo
nem ſuum quãtum ad dearticulationẽ partium que ſunt
membꝛa. ſcḋo quãtum ad quaſdam partes animalis que
non ſunt membꝛa pꝛopꝛie. ſicut ſunt pili ⁊ vngues ⁊ huiꝰ.
ſecũda ibi. (In extremis aũteꝫ vngues oꝛiunť.) In ꝑma
parte dicit: ita viſuꝫ eſt de membꝛis interioꝛibus quomõ
generantur a ꝑncipio: ⁊ pꝛo ſcḋ .ſ. tempoꝛe pꝛocedente ex
trema oſſiuꝫ iterum ramificantur ſic ſicut extrema arbo
ris poſtremo ſupple ramificantur: ita digiti manuũ ⁊ pe
dum pueri. diſtant .i. diſtingui incipiunt abinuicẽ. ¶ In
telligendũ ꝙ ſicut ſupꝛa apparuit gñatio in partibꝰ aīalis
fit oꝛdinate: ita ꝙ non oẽs ſimul fiunt: ſed vna poſt aliam

hic aũt ordo ſumitur ſm neceſſitatē membroꝝ: ⁊ etiam ſm rōnem pncipij ⁊ pncipiati. nam illa membra que ſunt magis neceſſaria pus generant̄ ꝙ̃ que ſunt minus neceſſaria ad eſſe animalis. ¶ Item illa que habēt rōnem pncipij reſpectu alioꝝ ſunt pora eis que habent rōnem pncipiati ⁊ dependentis ineſſe a pncipio. ⁊ ideo qꝛ partes interiores ſunt magis necīe ꝙ̃ exteriores: ⁊ etiā ſūt pncipia membroꝝ exterioꝝ. ideo pus generant̄ ꝙ̃ membra exteriora: ⁊ qꝛ inter ipſa eſt magis neceſſariū cor ⁊ eſt pncipiū oīum alioꝝ: ideo eſt pmū qd̄ generat̄: ⁊ ideo dixit Hyp. ꝙ pcedente tēpore extrema oſſiuꝫ ramificant̄ ⁊c̃. ¶ Ulterius notandū ꝙ per extrema arboris Hypo. nō intelligit quecū̄qꝫ extrema. nā extremoꝝ arboris q̄dā ſunt inferiora vt radices: quedā ſuperiora vt rami. mō non intelligit de extremitatibꝰ inferioribꝰ que ſunt radices: qꝛ pmo tales ramificant̄: ſed de extremis que ſunt rami. vnde dicebat phūs 2° de gnātiōe aīalium. ꝙ partes ſuperiores in arboribus ⁊ alijs plantis pus diſtinguunt̄ ꝙ̃ iferiores. Et cauſa huiꝰ eſt. qꝛ ſunt magis necīe ⁊ habēt rōnē pncipij ⁊ per partes ſuperiores intelligit radices. mō radices ſunt magis necīe plante ꝙ̃ rami. qꝛ per radices attrahit planta nutrimentū: ſine quo eſſe nō pōt. ſine ramis aūt ſic: ⁊ ꝙ radices ſint partes ſuperiores arboris apparet: qꝛ partes ſuperiores ſunt ille per quas viuens ſuſcipit nutrimentū: ⁊ qꝛ planta ſuſcipit nutrimentuꝫ per radices ſicut animalia per os: ideo ſunt ſue partes ſuperiores nāliter verſus terram: ita ꝙ ſurſum plante ecōtrario ſe hꝫ ad ſurſuꝫ vniuerſi verſus celum. ⁊ ideo plato vocauit hominē plantā quaſi plantaꝫ inuerſam. ¶ Deinde cū dicit.

¶ In extremis aūt vngues oriunt̄. finiūt aūt vene hoīs oēs in digitos manuū ⁊ pedū: ⁊ groſſiſſime quideꝫ ſunt vene que ſunt in corpore ⁊ que in capite: deinde aūt in crurībꝰ ⁊ brachijs ⁊ cubitis. in pedibꝰ autē ⁊ manibꝰ ſubtiliſſime ⁊ dēſiſſime ⁊ plurime vene ſunt: ⁊ nerui ſubtiliſſimi ⁊ denſiſſimi ⁊ plurimi. digitis aūt manuum ⁊ pedū hi maxime ſunt: ex digitis aūt ſicut ex habētibus denſa oſſa parua ⁊ venas ⁊ neruos: ita ⁊ vngues oriunt̄ ex ipſis ſubtiles ⁊ denſe: ⁊ accipiūt extrema venarū ꝙ nō ampliꝰ augeātur ipſe: neqꝫ emineat aliqua altera: quare non eſt mirandū ꝙ vngues in extremo corporis denſiſſimi ſunt.

¶ Hic cōplet ſermonē de articulationis quātuꝫ ad partes aīalis que non ſunt mēbra. Et pmo facit hoc q̄tuꝫ ad vngues. 2° q̄tum ad pilos. ſcda ibi. (Similiter aūt ⁊ vnguibus ⁊ capilli radicant̄.) In pma parte dicit. ita eſt viſum qūo generant̄ pmo membra que ſunt iteriora: poſtea mēbra que ſunt in extremitate vt manus ⁊ pedes: aūt p ſed. in extremis. ſ. membris. vt digitis manuuꝫ ⁊ pedū. oriuntur vngues: aūt pt. omnes vene hominis finiunt̄. i. terminantur in digitos manuū ⁊ pedū. ⁊ pro qꝛ. groſſiſſime vene ſunt ille que ſunt in corpore. i. a coſtis ſupra ⁊ collo infra. ⁊ ſup. etiam ille que ſunt in capite. deinde. i. ſtr aūt in cruribus ⁊ brachijs ⁊ cubitis. ſup. ſunt groſſe etiā: in pedibus aūt ⁊ manibus ſunt vene ſubtiliſſime ⁊ denſiſſime ⁊ plurime: ⁊ plurimi nerui etiaꝫ ⁊ ſubtiliſſimi ⁊ denſiſſimi. digitis aūt manuuꝫ ⁊ pedū hi. ſ. nerui ⁊ vene maxime ſūt ſup. ſubtiles: ex digitis aūt habentibus ſic denſa ⁊ parua oſſa ⁊ venas ⁊ neruos paruos oriunt̄ ex eis: ita ſubtiles ⁊ denſe vngues. ⁊ ſup. iſti vngues accipiunt ſup. pro ſuo loco extrema venarum ſup. ex hoc ꝙ pꝰt ipſe vene ⁊ nerui non amplius augeantur: neqꝫ emineāt: ſup. vene ⁊ nerui extra membrū aliqua altera. ſ. vena vel neruus: quare nō eſt mirandum ꝙ. i. ſi vngues. ſup. poſiti in extremo corporis ſunt dēſiſſimi. enim pro qꝛ ſunt ex denſiſſimis. ſ. orti. ſ. ex venis neruis ⁊ oſſibus.

Queritur pmo de eo qd̄ dicit ꝙ i extremo vel in extremis oriuntur vngues: a quo generent̄ vngues vtrū a virtute informatiua vel nō. ⁊ videt̄ ꝙ nō. qꝛ qd̄ nō eſt animatū nō generat̄ a virtute anime iformatiua: ſed vngues nō ſūt aīati. g̃ ⁊c̃. Maior pꝫ. qꝛ gnāns dꝫ eſſe vniuocū gnāto. Minor appet. qꝛ piloꝝ ⁊ vnguiuꝫ nō eſt regimen alicuiꝰ virtutis: ſed gnō ſola: vt dicit Gal. i tegni. q̄re ⁊c̃. ¶ Et cōfirmat̄ maior. qꝛ virtus aīe nō generat niſi vt eſt aīe inſtrm: qd̄ g̃ nō eſt aīatuꝫ nō fit a virtute aīe: q̄re ⁊c̃. ¶ P̄. illa que fiunt a puris ſuperfluitatibꝰ nō fiūt a virtute aīe: ſed vngues ſunt hꝫ. ergo ⁊c̃. Maior apparet. qꝛ talia nō vident̄ eſſe de intētōe nāe: ſed fiunt a re extra nām vt pori ⁊ veruce. Minor apparet per phm 2° de gnātione animaliū. quare ⁊c̃.

In oppoſitū videt̄ eſſe Hypo. qui dicit ꝙ tpe ramificationis extremoꝝ generant̄ vngues. cuꝫ g̃ illud ſit in tpe opatiōis informatiue. ſicut g̃ tunc gnānt̄ mēbra a virtute iformatiua: ita ⁊ vngues.

Dicendum ꝙ vngues poſiti in extremis corporis. ſ. manus ⁊ pedis gnānt̄ a virtute informatiua aīe: tū diuerſimode fiunt ab ea: ⁊ altero modo ꝙ̃ mēbra ipſa. vnde quedā ppꝛietas ē in vnguibꝰ que nō eſt in mēbris alijs. ¶ P̄. pꝫ ꝙ vngues a virtute generatiua fiunt. qꝛ ille partes que fiunt in tēpore in quo alia membra generant̄: ⁊ ſunt ex intentiōe nāe fiunt a virtute generatiua: ſed vngues ſunt hꝫ. ergo ⁊c̃. Maior pꝫ. quia eiuſdem agentis in eadē actiōe idem eſt finis. quecū̄qꝫ g̃ ſunt ex intentiōe virtutis informatiue ⁊ fiunt in tpe iformationis mēbroꝝ necīo fiunt a virtute iformatiua. Minor apparet. naꝫ vngues generant̄ vſqꝫ a pncipio generationis: vt pꝫ ad ſenſuꝫ. q̄re ⁊c̃. 2m pꝫ. ſ. ꝙ lꝫ fiant a virtute informatiua: tū alio mō ꝙ̃ alia mēbra fiūt ab ea: ⁊ hꝫ q̄tū ad mām: ⁊ q̄tū ad modū gnātiōis ipſoꝝ. q̄tū quidem ad mām. qꝛ ipſa mēbra generant̄ ex hu. puris: ⁊ ex mā vtili: ſed vngues generant̄ ex puris ſuperfluitatibꝰ. Et iō dicebat phs 2° de gnātione aīaliuꝫ. vbi oſtēdit modū generationis roſtroꝝ ⁊ cornuū ⁊ vnguiū ꝙ natura facit in generatione ſicut bonus yconomus in domo ⁊ in regimie familie. nā ſicut bonus yconomus oīa ordinat in finē. naꝫ pmo diſtribuit vtilia familie. ſ. filijs ⁊ vxori: alia minꝰ vtilia diſpenſat ſeruis: ⁊ adhuc minus vtilia aīalibus vt canibꝰ ⁊ hꝫ. ⁊ vltimo minime vtilia vt fimū ⁊ hꝫ agris ⁊ terris. ita etiaꝫ natura ex puris ⁊ bonis hu. generat mēbra: ⁊ ex magi puro generat nobiliora mēbra: ex ſupfluitate aūt generat pilos ⁊ roſtra: ⁊ cornua ⁊ hꝫ. ita ꝙ oīa ordinat in finem: ⁊ ſic appet qūo ptes iſte aīaliū que nō ſunt mēbra differunt a mēbris in mā. ¶ Itē eſt dr̄ia q̄tū ad moduꝫ gnōnis. qꝛ gnātio mēbroꝝ eſt ex pma intētiōe nāe: ⁊ ideo gnātio talium partiū aīatoꝝ. ſ. mēbroꝝ depēdet oīo a virtute informatiua in q̄tū ipſa agit mediante ſpū regulato ⁊ directo ab agēte vlī ⁊ particulari. ¶ Et ppterea abſciſio illorū membroꝝ nunq̄ pōt recuperari vt ſi abſcindat̄ naſus vel manus vel oculus ⁊c̃. Sed generatio vnguiuꝫ nō eſt de pma intentiōe virtutis informatiue generantis particularis ⁊ vniuerſalis. ⁊ ideo dedit eis nā vt ex ſuperfluitatibus gnātis in mēbris poſſint abſciſſi gnāri vt pili ⁊ vngues ⁊c̃. ¶ Appet g̃ ꝙ lꝫ pili ⁊ vngues generent̄ a virtute informatiua: tū ſecūdaria intentiōe. ¶ Itē differūt in

mã a membꝛis vt viſuʒ eſt. ⁊ iõ dicebat Gal. in tegni ꝙ ca pilloꝝ ⁊ vnguiuʒ nõ eſt regimen: ſed generatio ſola.

**Ad rationes.** Ad p̃mã cũ dicit̃. qꝺ nõ hʒ aĩaʒ ⁊c̃. verũ eſt p̃ma intẽtiõe: ſed ꝙ generet ea ſcꝺa intentiõe nõ eſt incõueniẽs: dũmõ generet ea vt ſunt vtilia aĩali. ¶ Iteʒ nõne videmus ꝙ nã generat ſanguinẽ ⁊ alios hu. qui tñ non ſunt aĩati. ergo multo magis põt generare pilos ⁊ vngues cũ magis ſimilent̃ membꝛis ꝙ̃ ipſi hu. ¶ Et eodẽ mõ ꝺõm ad ſcꝺaʒ ⁊c̃. ¶ Subdit vlterius Hypo. finiunt aũt vene oẽs ⁊c̃. Nõ eſt intelligendũ h̃ ſimplr̃ de omnib⁹ venis: qꝛ quedã finiũt in capite: quedã in ventre: ⁊ quedaʒ alibi. ſed dʒ intelligi de oib⁹ que procedunt ad bꝛachia ⁊ pedes. ¶ Subdit vlterius. ⁊ ſunt que in coꝛpoꝛe. nõ accipit hic large coꝛpus ꝓ toto coꝛpoꝛe. ſed infra bꝛachia ⁊ ſupra crura. ſubdit poſtea ꝙ oriũtur in extremis manuũ ⁊ pedũ vene que ſunt ſubtiles et denſe ⁊ ſpiſſe: ⁊ etiaʒ nerui: ex quibus inſinuat cãm ꝑpter quã vngues ſunt denſiſſimi: ⁊ quare ſunt in extremis mẽbꝛis. ⁊ aſſignat duplicem cãm vnaʒ ſumptã ex parte materie. ſ. quia ſunt ex denſiſſimis generate: aliam ſumptaʒ ex parte finis. ſ. qꝛ ſunt terminãtes venas ⁊ neruos: ne poſſint amplius extendi extra coꝛpus. nam digiti man⁹ ⁊ pedis ſunt eoꝝ extrema: ⁊ ideo natura poſuit eis fineʒ durũ ⁊ ſoliduʒ. ita ꝙ h̃ eſt iuuamentũ ⁊ vtilitas vnguium: quã ponit hic Hyppo. ⁊ ſatis eſt pulchꝛa. Sed Gal. in de iuuamentis mẽbꝛoꝝ ponit aliam cãm finalẽ ſiue iuuamentuʒ vel vtilitatẽ. ſ. qꝛ digiti facti ſunt ad capiendũ. mõ ſi digiti carerent vnguibus ꝑpter eoꝝ mollicieʒ in extremitatibus nõ poſſent cape. ita ꝙ habẽt duo iuuamẽta vnguiũ. nõ. n. eſt incõueniens eãdem rẽ hr̃e plura iuuamẽta: imo quãto hʒ plura: tanto melius: qꝛ tãto paucioꝛa oꝛgana habebit: ⁊ ſic coꝛpus erit leuius. ¶ Ulterius notandũ ꝙ lʒ vngues ſint facti denſi ꝑpter fineʒ dictum: ⁊ ꝑpter mãm durã ex qua cõſurgũt: tñ qꝛ nõ reperit̃ mã: ita terreſtris ⁊ dura in coꝛpoꝛe hũano ꝑpter eius temperiem ſicut reꝑit̃ in coꝛpoꝛibus alioꝝ aĩaliũ: iõ hõ hʒ vngues minus duros ꝙ̃ alia aĩalia. nã ſicut apꝑet per phm̃ 2⁰ de gñõne aĩaliuʒ. iſte partes accipiũt duricieʒ in aĩalib⁹ ſm̃ duricieʒ ⁊ groſſiciem coꝛpoꝛis. qꝛ ergo coꝛpus hũanũ minus abundat in partib⁹ terreſtrib⁹ ꝙ̃ alia aĩalia: iõ hʒ ſubtilioꝛes vngues ⁊ mollioꝛes ꝙ̃ alia aĩalia. ¶ Sed vlterius tu dices. ipſe videt̃ male dicere: qꝛ dicit ꝙ vngues ſunt dẽſiſſimi: quia ſunt ex mẽbꝛis denſiſſimis. nõ eniʒ videt̃ ꝙ vngues fiant ex illis membꝛis denſiſſimis. qꝛ vnum mẽbꝛuʒ nõ tranſmutat̃ in aliud. ⁊ h̃ modo nũꝙ̃ ex vno mẽbꝛo fit aliud vt tu arguis. Alio modo impꝛopꝛie: ⁊ hoc duplr̃. aut per modum cõpõnis pluriũ mẽbꝛoꝝ ex quibus reſultat aliud. ⁊ h̃ modo ex mẽbꝛis ꝯſimilib⁹ fit mẽbꝛũ officiale vel oꝛganicuʒ: aut qꝛ generet̃ ex aliqua ſuperfluitate alicui⁹ membꝛi: ⁊ h̃ modo vngues ſiunt ex denſiſſimis mẽbꝛis: qꝛ ſiũt ex ſuperfluitatibus membꝛoꝛũ denſitateʒ habentiũ: ⁊ qꝛ membꝛa: ex quibus generant̃ ſuperfluitates: ex quib⁹ generantur vngues ſunt denſa: ideo ⁊ ſuperfluitates eoꝛum ſunt denſe. ⁊ per ꝯñs vngues generati ex eis. ¶ Et vlterius mẽbꝛoꝝ que generant̃ ex ſuperfluitatibus alioꝝ mẽbꝛoꝛum quedã ſiunt ex ſuperfluo iuuatiuo egrediẽte ab eis qꝺ eſt ꝓpoꝛtionale mãe ex qua fit alimentũ membꝛoꝛum: ⁊ hoc modo nerui oꝛiunt̃ a cerebꝛo: ⁊ vene ab epate: ⁊ artarie a coꝛde: ⁊ talia oꝛta aſſimilant̃ p̃ncipijs quoquomodo. alia aũt ſiunt ex ſuperfluitatibus membꝛoꝝ: ſic ꝙ ſunt pure ſuperfluitates: ⁊ non ex materia pꝛopoꝛtionali materie: ex qua membꝛa aluntur: ſed ſunt ex ſuperfluitate pura: ⁊ hoc modo ſunt oꝛti pili ⁊ vngues a membꝛis: et talia membꝛa non opoꝛtet ꝙ aſſimilentur p̃ncipijs: et de talibus intelligit hic Hyppo. ⁊c̃.

**Similiter autem ⁊ vnguibus ⁊ capilli in**
s **capite radicantur.**

¶ Poſtꝙ̃ oſtẽdit modũ dearticulatõis vni⁹ modi partiũ aĩaliũ. ſ. vnguiũ que nõ dicunt̃ ꝓpꝛie mẽbꝛa: ſed large. Hic oſtẽdit modũ ⁊ cãm ⁊ locũ gñãtionis alterius modi partiũ aĩaliũ que ꝓpꝛie nõ ſunt mẽbꝛa. ſ. piloꝛũ qui generant̃ in coꝛpoꝛe aĩalis: ⁊ cum h̃ intẽdit dare cãʒ quoꝛũdam accñtiũ cõtingentiũ circa gñãtionẽ piloꝝ. ⁊ in genere vult tria oſtẽdere circa nãm piloꝝ. p̃muʒ eſt de oꝛtu piloꝝ ꝙ̃tũ ad mãm ⁊ locuʒ gñãtionis ipſoꝝ. 2ᵐ eſt de cã caſus piloꝝ. 3ᵐ eſt de inquiſitiõe cuiuſdã coloꝛis piloꝝ. ſ. canicici. Et ideo tria facit. qꝛ pꝛimo determinat de oꝛtu: ⁊ modo gñãtionis piloꝝ. 2⁰ de cauſa caſus piloꝝ. 3⁰ ſ. de cauſis quoꝛũdam accñtiuʒ capilloꝝ. ſcꝺa ibi. (Quicunꝙ̃ aũt calui fiunt.) 3ᵃ ibi. (Cani aũt ꝑpter fiunt.) Pꝛia in duas: qꝛ p̃mo ex quadã cõparatõe piloꝝ ad vngues oſtẽdit cãʒ generantẽ pilos. 2⁰ oſtẽdit locũ in quo pili generant̃. ſcꝺa ibi. (Habẽt aũt ſic que ſunt.) In p̃ma parte dicit ꝙ capilli radicant̃ ſup. circa coꝛpus ſilr̃ vnguib⁹. i. ſicut vngues. ¶ Iuxta qꝺ notãdũ ꝙ in h̃ verbulo vult oſtẽdere Hyp. in generali cãm gñãtionis capilloꝝ ⁊ per ſimilitudinẽ reductionis eoꝝ in coꝛpoꝛe: ⁊ ẽt vnguiũ. nam in gñãtiõe vnguium ⁊ piloꝝ eſt cõuenientia ex parte triũ. ſ. ex parte loci ⁊ ex parte mãe ⁊ ex parte cauſe. ex parte quideʒ loci: qꝛ ſicut vngues generant̃ in extremitatib⁹ coꝛpoꝝ. ſ. digitorum manuũ ⁊ pedũ que ꝓpꝛie ſunt extrema: ita etiaʒ pili in extremo coꝛpoꝛis oꝛiunt̃ ⁊ generant̃: ⁊ ſicut vngues generant̃ ⁊ radicantur in cute: ita ⁊ pili. Ex parte ẽt mãe eſt ſimilitudo: qꝛ ſicut vngues generant̃ ⁊ foꝛmant̃ vltimo ex ſuperfluitate derelicta ex materia gñãtionis coꝛpoꝛis aĩalis: ita etiaʒ pili generant̃ ex ſuperfluitate materie generationis aĩalis. 3⁰ aſſimilant̃ ex parte cauſe. naʒ ſicut apparet per phm̃ 3⁰ de generatione aĩaliuʒ cauſa gñãtionis oĩum talium eſt calidũ: qꝺ ſuperflue reſoluendo humidũ mãm generationis eoꝝ exiccat: ad cuius humidi cõſumptionẽ relinquit̃ poſtea friditas ⁊ ſiccitas coagulans ⁊ cõuertens in pilos ⁊ vngues: ita ꝙ in gñãtiõe iſtoꝝ p̃mo cõcurrit calidũ excedens reſoluens vehemẽter. vltimo aũt ſequit̃ friditas cõdenſans eas. ¶ Sed notãdũ ꝙ ꝙ̃ꝙ̃ pili ſimilr̃ radicant̃ in cute vt vngues: tñ differunt: qꝛ pili ⁊ vngues: dato ꝙ generent̃ ⁊ radicent̃ in extremitatib⁹ coꝛpoꝛis: tñ nõ in eodem loco: qꝛ ſolum in extremitatib⁹ digitoꝛum radicant̃ vngues. pili aũt in omnib⁹ extremitatibus coꝛpoꝛis. quaſi fieri pñt: nõ ſolum in pectoꝛe ⁊ pectine ⁊c̃. Item vngues oẽs derelinquunt̃ regimini nãe in loco vbi naſcũtur: nõ aũt omnes pili vt apparebit. Iteʒ dato ꝙ tam pili ꝙ̃ vngues generẽtur ex materia que eſt ſuperfluitas derelicta ex foꝛmatione mẽbꝛoꝛũ: tñ differt ſuperfluitas ex qua generant̃ vngues ab ea ex qua generãtur pili: qꝛ illa ex qua generant̃ pili habet admixtionẽ humidi viſcoſi vnctuoſi ⁊ aerei magis ꝙ̃ illa ex qua generãtur vngues. nam materia ex qua generantur vngues eſt materia groſſa ⁊ terreſtris ⁊ ſicca habens humidum modicum: nõ tamẽ aereum nec ſic pingue ſicut pilus: lʒ plus habeat de humiditate aquea ꝙ̃ pilus: ⁊ ideo contingit ꝙ pili ſunt flexibiles. oſſa autẽ non: ſed franguntur: quia habent materiam magis groſſam ꝙ̃ pili. vnde pili ſiunt ex fumo ſubtili ⁊ terreſtri qui eſt terreſtris ⁊ igneus cuʒ pauco humido permixto: qꝺ humidum eſt pingue ⁊ vnctuoſum ⁊ aereum: vngues autem ⁊ oſſa ex materia terreſtri ⁊ ſicca ⁊ groſſa cum pluri humido aquoſo: ⁊ ideo non recipiunt flexionem ſicut pili. Et ideo dicebat Auicẽna pꝛimo canone. capitulo de complexionib⁹. ꝙ res ſiccioꝛ que eſt in coꝛpoꝛe eſt pilus.

Sed tunc oritur du° pulchra de cã efficiente piloꝝ. ſ. vtrũ pili generentur a virtute informatiua. Et arguit ꝙ nõ. qꝛ illud cui° generatio diuerſificatur ſm diuerſitatem etatũ nõ ꝓducit a virtute generatiua. ſed pili ſunt hꝰ. ergo ꝛc. Maioꝛ pꝫ. qꝛ etas ſequit generatum ⁊ hꝫ ſe ad generatũ ſicut ad pũs. Minoꝛ appet. qꝛ videmus ꝙ in quadam etate magis multiplicant pili barbe ⁊ pectoꝛis ⁊ femoꝛis ⁊ aſcellarũ q̃ in quadã alia. ğ ꝛc. ¶ P̃. illud qd̃ augetur in coꝛpoꝛibus moꝛtuoꝛũ nõ fit a virtute informatiua: ſed pili ſunt hꝰ. ergo ꝛc. Maioꝛ pꝫ. qꝛ virtus informatiua eſt virtus anime: illud aũt qd̃ fit a virtute informatiua anime nullam debet habere diuerſificationem in re nõ animata. modo augmentũ piloꝛum eſt quedã diuerſificatio coꝛũ. quare ꝛc. Minoꝛ apparet per phm̃ 2° de generatione animaliũ. vbi dicit ꝙ pili augentur in coꝛpoꝛibus moꝛtuoꝛũ expꝛeſſe.

In oppoſitũ arguit. qꝛ illud qd̃ ꝓducit in eſſe ſimul cũ coꝛpe qd̃ generat fit a virtute generatiua aĩe: ſed pili qui generant in coꝛpoꝛe aĩalis ſunt hꝰ. ergo ꝛc. Maioꝛ pꝫ. qꝛ qd̃ generat ab ipſa generatiua virtute eſt termin° generatiõis: termin° aũt gñõnis attribuit virtuti gñatiue ſicut efficiẽti. Minoꝛ appet. qꝛ videmus quoſdã pilos. ſ. palpebꝛaꝝ ⁊ ſuperciliꝝ ⁊ pilos capitis ſimul generari in coꝛpoꝛe hoĩs. quare ꝛc.

Ad euidẽtiam huiꝰ qõnis intelligendũ ꝙ ſicut appet per Haliabbatẽ in 2° ſue theoꝛice diſpõnis regalis. ca°. de pilis ⁊ vnguibꝰ. piloꝛum duplex reperit modus in genere. nã quidã ſunt qui gñantur ex neceſſitate mãe magĩ q̃ ex neceſſitate nãe. alij ſũt qui generant ꝓpter finẽ a nã ⁊ ex neceſſitate nãe. ¶ 2° eſt intelligendũ ꝙ ſicut apparet per Auerroyꝫ 2° colliget cõis vtilitas oĩum piloꝝ qui ĩ coꝛpoꝛe radicant eſt ꝙ ipſi mundificant coꝛpoꝛa a ſeroſis ſupfluitatibꝰ que cõuertũtur in mãm piloꝝ. vnde ſicut lupini ſeminant in terra ad euellendũ malas humiditates que ſunt in terra: vt illud qd̃ opꝫ ſeminari ſit purius: ita pili euellunt malas ſuperfluitates ſeroſas de coꝛpoꝛe aĩalis que cõuertunt in nutrimentũ coꝝ. ſed p̃ter hanc cõem vtilitatẽ piloꝝ illi qui generant ex intentiõe nãe: ⁊ ꝓpter finẽ hñt vtilitatẽ ſpãlẽ: quia quidã ſunt ad oꝛnatũ ſolũ vt pili ſuperciliꝝ ⁊ palpebꝛarũ maxime ⁊ nõ multũ fiunt ex neceſſitate mãe ⁊ loci. ſed magis intendunt a nã ꝓpter finẽ: qd̃ appet. nã ibi nõ eſt multitudo mãe. vt pꝫ. Item qꝛ ille locus eſt durus ⁊ ſolidus ⁊ denſus qui nõ eſt bene aptus ad generationẽ piloꝛum. Et h̃ eſt ſignũ ꝙ nõ fiũt ex neceſſitate mãe. nec ꝓpter raritatẽ loci: ſed ꝓpter finẽ: ſed capilli ſunt ꝓpter vtrũq;. nam in cute capitis aggregantur multe ſupfluitates ⁊ fumi aſcẽdentes ad caput: qꝛ cerebꝛũ eſt ſicut caminum in domo ad qd̃ tendũt fumoſe ſuperfluitates coꝛpoꝛis. vt dicit Ar. ⁊ etiã cutis ẽ ibi rara ⁊ poꝛi lati: ꝓpter qd̃ ex parte mãe poſſunt ibi gñari. ¶ Itẽ ex fine nãe: qꝛ faciunt ad oꝛnatũ ⁊ defenſionẽ ꝓpter cõem vtilitatẽ p̃dictam: pili aũt aſcellarũ ⁊ inguinũ magis fiunt ex neceſſitate mãe: ⁊ ꝓpter aptitudinẽ loci rari: qꝛ ſunt emunctoꝛia mẽbꝛoꝝ ꝑncipaliũ que emittũt ſupfluitates ad loca iſta debilia. ¶ Quãdo ergo querit vtrũ pili generent a virtute gñatiua. Dõm ꝙ ſi loquamur de pilis gñatis ex neceſſitate nãe. ſ. ꝑ finẽ magis q̃ ex neceſſitate mãe: dico ꝙ tales fiunt a virtute aĩe gñatiua. Si aũt ſint magis ex neceſſitate mãe q̃ ex intentiõe nãe. tunc dico ꝙ nõ generant a virtute generatiua. ⁊ h̃ appet. qꝛ illa que ſunt ꝑ finem in coꝛpoꝛe aĩato fiunt a virtute generatiua: ſed pili q generant ex intentiõe nãe fiunt ꝓpter finẽ in coꝛpoꝛe animato. ergo ꝛc. Maioꝛ appet. qꝛ in gñatõe aĩalis ꝯcurrũt duo agentia. ſ. virtus gñatiua que eſt agens ꝑncipale ⁊ calidum cũ quo agit: ⁊ hoc eſt agens inſtrãle. nũc aũt calidũ illud hꝫ duplicem actionẽ determinatã ⁊ regulatam a fine: ⁊ interminatam: ⁊ q̃tũ ad talem actionẽ põt ꝓducere pilos generatos ex neccitate mãe. i. in inguinibꝰ ⁊ aſcellis vel in cruribꝰ ꝛc. Et hoc qñ mã erit parata ⁊ vie apte: aliam aũt hꝫ actionẽ inquãtũ nãle. ſ. inq̃tũ eſt regulatũ a virtute generatiua dirigente ipm̃ in actione ſua ꝑ finẽ: ⁊ hoc mõ agit actionẽ terminatã ⁊ a tali caſo generant pili qui fiunt ⁊ radicant in coꝛpoꝛe ꝓpter finẽ: ſicut pili ſupercilioꝛũ ⁊ palpebꝛarũ capitis: ⁊ ſic apparet maioꝛ ꝓpoſitio. Minoꝛ appet. qꝛ pili nõ ſunt ſimplr̃ ⁊ a ꝑma intentiõe generati a nã: qꝛ nõ ſunt mẽbꝛa: ⁊ qꝛ faciunt vtilitatẽ in coꝛpoꝛe: aut ꝓpter defenſionẽ: aut ꝓpter coopturã: vel ꝑ oꝛnatũ: vel ꝓpter vtrũq; ſimul. ergo tales pili fiunt a virtute generatiua aĩe: alij aũt nõ. ¶ Sed aduertẽdũ vt habeat plenus intellectus hꝰ qõnis ꝙ duplex eſt intẽtio nature in gñatione mẽbꝛoꝝ hoĩs. vna eſt ꝑma ⁊ altera ſcda. ꝑma intentio eius eſt gñatio mẽbꝛoꝝ aĩatoꝝ: qꝛ cũ virtꝰ generatiua ſit virtus aĩe: ideo hꝫ gñare ꝑmo mẽbꝛa oꝛganizata ⁊ aĩata: ⁊ h̃ fiunt mediante calido nãli vt nãle eſt. ſed pili ⁊ vngues fiunt a virtute gñatiua 2ª intentiõe ꝑ aliquid qd̃ facit ad bene eſſe aĩalis. ⁊ ideo generatio taliũ dependet magis ab actione calidi inquãtum calidum q̃ ab actione anime generatiue: ⁊ ideo nõ fuerunt animati. ¶ Et ex hoc vlterius apparet ꝙ nõ eſt incõueniens ꝙ pili ⁊ vngues abſciſi regenerent ⁊ non membꝛa: ⁊ ꝙ in eis inſunt quedã que nõ inſunt mẽbꝛis: ⁊ ecõuerſo.

Ex his ad rõnes. Ad ꝑmã cũ dicit. illud qd̃ diuerſificat ſm diuerſitatẽ etatũ ꝛc. Dico ꝙ verũ eſt. ſi oĩo diuerſificant ſm etates: ſed ſi aliqualiter diuerſificent ſm etates: nõ opꝫ ꝙ non fiant a virtute gñatiua aĩe. Ad minoꝛẽ dico ꝙ nõ oẽs pili diuerſificant in gñatione penes etates: qꝛ nõ pili ſuperciliꝝ ⁊ palpebꝛaꝝ qui fiũt ex intentiõe nãe: pili aũt aſcellarũ ⁊ barbe ⁊ inguinũ qui fiunt magis ex neceſſitate mãe nõ fiũt ab ea vt viſuꝫ eſt. ¶ Ad 2ᵐ cum dicit. qd̃ auget in coꝛpoꝛe moꝛtuo ꝛc. Iſta rõ cõis eſt oĩbus pilis: qꝛ de oĩbus hoc videmus ꝙ aliq̃ augent cũ his que generant ex neceſſitate finis nãe. Dicendũ ergo ꝙ pili augent in coꝛpoꝛe moꝛtuo: nõ tñ fiunt in ipſo: vt dicit Ar. ⁊ rõ quare pili augent in eis eſt: qꝛ vt dictũ eſt ad gñationẽ piloꝝ cõcurrit ſuperfluitas ꝓ mã ⁊ agens qd̃ eſt calidũ nãle. mõ tale augmentũ fit a calido inquãtũ calidũ magis q̃ inq̃tũ nãle: ⁊ ꝓpter ſuperfluitates ibi exiſtẽs. ⁊ ideo circa ꝑncipiũ qñ ſũt nouiter moꝛtui multa ſuperfluitas cõuertit in fumũ inquantũ agit caloꝛ qui remanſit in coꝛpoꝛe vt eſt qd̃dam mixtũ ⁊ nõ vt animatum: ⁊ ideo facit pilos prioꝛes ꝓlongari ⁊ augeri. Et iõ dicebat ibi Ar. ꝙ tale augmẽtũ piloꝝ fit in ſeneſcẽtibꝰ ⁊ infirmis aliq̃: ⁊ hoc ꝑ multas ſuperfluitates in eis generatas ex indigeſtiõe ꝓpter debilitatẽ cali innati que ſuperfluitates cõuertunt in fumũ ⁊ exalant ꝓpter actionẽ calidi in ipſos ⁊ vltimo coagulãt a frigiditate. h̃ ſunt verba Ar. pili aũt ⁊ cognata his q̃ diu ſteterint magis augẽtur maxime in ſeneſcentibꝰ. Cauſa aũt quare nõ fiunt pili in coꝛpoꝛibꝰ moꝛtuoꝝ eſt: qꝛ in moꝛtuis nulla eſt virtus aĩe que agat ⁊ generet pilos ꝓpter finem. ergo ſaltim illi nõ fiunt in eis. ¶ Itẽ nec pili qui fiũt ex neceſſitate mãe poſſunt in eis gñari. ꝑmo qꝛ in eis eſt defectꝰ calidi facientis mãm eleuari ⁊ cõuerti in fumũ: ⁊ etiã qꝛ ibi eſt defectꝰ illius mãe: qꝛ infrigidatũ eſt totum coꝛpus. 3° qꝛ poꝛi ſunt cõſtricti: ⁊ ideo nõ hñt liberũ exitũ: qꝛ ſicut dicit Hyp. in lrã ad generationẽ piloꝝ augmentat largitas poꝛoꝛũ cutis. quãdo ergo dicit illud qd̃ augetur ꝛc. verũ eſt quãtum ad illud augmentũ. ſed quia illi qui erant p̃us nõ ſic

a natura: nō ſequit̄ quia illud augmētū eſt alterius rōnis q̄ eſſet quādo viuebat ſaltim quātū ad pilos gnātos ex neceſſitate finis anime gnātiue. ¶ Deinde cū dicit.

¶ Habet aūt ſic que ſunt de natura capilloꝛuꝫ. oꝛiunt̄. n. maximi ⁊ plurimi vbi coꝛpoꝛis cutis rariſſima eſt: ⁊ hoc vbi capilli moderatā humiditatem in nutrimentū habent.

¶ Hic oſtendit neceſſitateꝫ oꝛdinis in oꝛtu piloꝝ. Et p̄mo facit hoc. 2° ex h oſtēdit oꝛdinis neceſſitatē in oꝛtu piloꝝ .ſ. quare magis generant̄ in vno loco q̄ in alio. 2° ibi. (Et vbi citi⁹ poſterius ⁊c̄.) ¶ Iuxta p̄mā parteꝫ eſt intelligēdum ꝙ in his verbis Hypo. inſinuat nobis duo p̄muꝫ eſt quis eſt locus gnātionis piloꝝ. 2° oſtēdit nobis mām generationis eoꝝ. locū quidē gnātionis piloꝝ inſinuat cum dicit ꝙ oꝛiunt̄ maximi ⁊ plurimi: ſup. ⁊ groſſiſſimi vbi cutis coꝛpoꝛis eſt rariſſima. ⁊ hoc ēt vult in affo. vbi dicit. cutem raram declarat pilus. Cā aūt quare pili magis generantur in cute rara q̄ in denſa eſt h. qꝛ pili ex h hñt generationeꝫ: qꝛ vapoꝛ fumoſus egredit̄ per poꝛos cutis ⁊ denſant̄ ⁊ congelant̄ in foꝛmā pili: ⁊ ſic fit multiplicatio pilorum. Et ideo dicebat Gal. 2° de ꝯ̄nibus ꝙ pili multiplicātur quādo poꝛi ſtant erecti. tunc egrediunt̄: qꝛ tūc poſſunt hr̄e cōtinuationē mãe in illo loco expulſatiōe mãe continuo ad ip̄m: ⁊ ideo tunc augent̄. ¶ Itē nō ſolū generant̄ ex hoc ꝙ in cute rara .ſ. poꝛi ⁊ vie ſūt late per quas debeat fumus egredi: qꝛ h eſt cauſa Hypo. hic. ſed etiā qꝛ in cute raritas exiſtēs eſt effectus caliditatis. qꝛ ſicut dēſitas cutis fit a frō: ita raritas eius fit a calido: cum aūt caliditas ſit cauſa gnātiōis piloꝝ. ergo cutis rara eſt locus apt⁹ generationi piloꝝ. 2° tangit mām gnātionis piloꝝ. cū dicit. ⁊ vbi capilli moderataꝫ humiditatē hñt in nutrimentuꝫ.

¶ Sed ſtatim tu dices nō videt̄ ꝙ mã piloꝝ ſit humiditas tēperata: qꝛ Gal. dicit ꝙ pili generantur ex vapoꝛe fumoſo: nūc aūt fumus nō eſt humidus: ſed ſicc⁹ cum ſit de nã terre ⁊ ignis. ergo eius mã nō eſt humiditas tēperata.

¶ Ad h dōꝫ ꝙ ſine du⁹ pili hñt gnātionē in loco vbi pauca eſt humiditas: nō tñ eſt ſine humiditate ſimplr̄. nā pilus ex parte ſue ſub̄e req̄rit humiditatē viſcoſam cum ſit coꝛpus cōtinuū longū: cui⁹ quidē cōtinuatio fieri nō poſſet ſine aliquo pingui vnctuoſo. Et ideo dicebat ph̄us ex p̄te in 5° de gnatōe aïalium ꝙ qñ deficit h humiditas cōglutinoſa: tūc deficiunt pili: ſicut quādo deficit hūidū viſcoſum in arboꝛib⁹ deficiunt folia ⁊ cadūt: ⁊ h eſt qđ dicebat Gal. 2° de ꝯ̄nib⁹. ꝙ ſicut nō naſcunt̄ herbe in locis ſuperflue humidis vel paludoſis: nec etiā in terris aridis ⁊ ſiccis vt in arena: ſed in locis mediocribus inter hūiduꝫ ⁊ ſiccum: ita ēt pili nō oꝛiunt̄ in cute nimis molli ⁊ humida nec in loco nimis ſicco vt in oſſe ⁊ planta pedis ⁊ manus: ſed in locis mediocriter ſe hñtibus. ⁊ ſic app̄et ꝙ humiditas aliqualis viſcoſa ⁊ pinguis requirat̄ in generatiōe pili. ¶ Tūc ad illud qđ obycitur dico ꝙ non valet. nō. n. dꝫ intelligi ꝙ mã fumoſa que eſt ſolus fumus ſit mã capillorum. ſed dꝫ intelligi ſic ꝙ illud qđ euapoꝛat a coꝛpoꝛe habens minus de humiditate q̄ ſit illud qđ ſubycit̄ pro nutrimento ipſis mēbꝛis cōuertit̄ in nãm pili: ⁊ nō ꝙ ſit ſolus fumus. qꝛ tunc nō haberet cōtinuationē in partib⁹: ⁊ ideo dicit Hypo. notanter: moderatā .i. paucā: humiditatem: qꝛ in cōparatiōe ad humiditateꝫ nutrimenti mēbꝛorū hꝫ plus de ſiccitate. Et ideo dicebat Auicē. p̄mo can. ꝙ ſiccius qđ eſt in coꝛpoꝛe ſunt pili. ¶ Deīde cū dicit.

¶ Et vbi cutis poſterius rara fit. ⁊ ibi pili poſterius oꝛiunt̄ in mēto ⁊ pectine ⁊ ſicubi: ſunt̄ enim ſpermate facto caro rara fit: ⁊ cutis ⁊ vene aperiuntur magis q̄ in pꝛioꝛe tēpoꝛe puero exiſtenti: ſubtilibus. n. venis exiſtētib⁹ nō deſcēdit per ipſas ſperma: ⁊ de mēſtruis puelle eadem cadit ratio: ſimul aūt via fit ⁊ menſtrualibus ⁊ ſpermati virginibus: ⁊ capillat̄ pecten pueri ⁊ puelle rarefacta cute ⁊ ſimul crinis vt̄ cutis humiditatē temperatā in nutrimentū hꝫ: ⁊ non minoꝛem: ita ⁊ barba viri hꝫ. rara. n. fit cutis tendente in ipſam humiditate a capite: ſimul quidē eniꝫ ⁊ in coitu. pariter aūt ⁊ in medio tēpoꝛe crinis mēſuratam hꝫ humiditatem in nutrimētū: tunc maxime quādo tēpus ſit humido deſcendenti a capite: ⁊ in coitu deſcēdendo a pectoꝛe ad barbam.

¶ Hic oſtendit neceſſitatē ⁊ cām oꝛdinis in gnātiōe capilloꝝ. Et p̄mo facit hoc. 2° declarat quedaꝫ dicta. 3° remouet dubiū. 2° ibi. (Significatio aūt.) 3° ibi. (Et mulieres lenes fiunt.) In p̄ma parte dicit ꝙ vbi .i. in loco in quo fit cutis rara poſterius .i. per decurſuꝫ etatiū poſt p̄ncipiuꝫ gnātionis ⁊ ibi pili poſterius: ſupp. generant̄ vt in mento quātū ad pilos barbe ⁊ in pectine ⁊ ſicubi ſup. alibi accidat talis diſpoſitio .ſ. raritas cutis: ibi etiā generantur pili vt ſub aſcellis ⁊ hꝫ. ⁊ tūc oſtendit cām: quare rare fit cutiſ ⁊ dicit. ꝙ ſpermate facto .i. qñ generat̄ ſperma: tūc ſimul in tēpoꝛe fit caro rara: ēt aperiunt̄ vene ⁊ cutis magis q̄ in t̄pe p̄cedenti gnātioneꝫ ſpermatis. ſed hōie exñte pueroꝛ: qꝛ hꝫ tunc venas ſubtiles ⁊ ſtrictas: ſperma aūt deſcendit per eas. ⁊ eadē rō eſt in puella in emiſſione menſtrui: ſicut de puero in emiſſione ſpermatis. aūt pro qꝛ. ſil̄ fit in virginibus puellis qñ emittūt menſtrua ⁊ ſperma ſicut ⁊ in viris: qꝛ tunc pileſcūt pectina pueroꝝ ⁊ puellaꝝ ꝓpter rarefactioneꝫ cutis in pectine. mō habꝫ lit̄ ſimul g⁹. ſꝫ h nihil eſt dictu. ſed loco h⁹ debetis hr̄e: cui⁹ humiditatem menſuratā hꝫ ſupercilioꝝ gnātio ⁊ nō minoꝛeꝫ: ſup. quia tunc nō generaret̄ pilus: ſi oīo deficeret hūiditas in eius mã. ⁊ ſi dicat: ⁊ ſimil̄ ⁊ crinis: pōt etiā exponi vt dicat̄: ⁊ crinis .i. pilus ſil̄ cum rarificatiōe cutis hꝫ in nutrimentū humiditatē menſuratā ⁊ nō minoꝛeꝫ: ſup. q̄ debitaꝫ ⁊ mēſuratam ſibi. ⁊ tunc qđ dixit de gnātiōe pectinū exemplificat de pilis barbe: ⁊ dicit ꝙ eodē modo fit barba in viris: qꝛ tunc fit cutis rara cum incipiunt ſpermatiſare: tendēs .i. recipiens humiditatē: ſup. deſcendentē a capite in ipſaꝫ .i. in ſeipſaꝫ .ſ. cuteꝫ barbe: ſil̄. n. crinis .i. pilus. al's. cutis hꝫ menſuratā humiditatē in coytu .i. in t̄pe coytus. par autē .i. in t̄pe medio .ſ. quādo fit rarefactio cutis: tunc maxime qñ tēpus ſup. emiſſionis ſpermatis fit deſcendenti a capite: ⁊ in coytu .i. ꝓpter coytum deſcendit a pectoꝛe ad barbam. ſup. ⁊ ideo ibi multiplicant̄ pili.

**Sed ſtatim** tu dices nō videt̄ ꝙ emiſſio ſpermatis faciat ad p̄ductionē piloꝝ. qꝛ illō nō facit ad gnātionē piloꝛuꝫ qđ eſt cā ꝑ̄ationis eoꝝ. ſed emiſſio ſpermatis eſt hꝫ. ergo ⁊c̄. Maioꝛ eſt nota. Minoꝛ apparet. qꝛ videmus ꝙ illi qui nō emittunt ſp̄ma nō pꝛoducunt pilos: ſicut eunuchi qui nō fiūt calui vt dicet̄ poſtea. ¶ Item nō videt̄ veꝝ qđ ſubdit poſtea ꝙ ſimili mō ſe hēat barba viri: qꝛ dicit ꝙ in coytu deſcendit mã ad caput ex qua generant̄ pili in barba. h non videt̄ verum. qꝛ ſperma nō deſcēdit in hoꝛa coyt⁹ a cerebꝛo vt declarabit̄ in quadā q̄ōne: qđ ſupponat̄ ad p̄ſens. ergo nullā videtur hr̄e cām in coytu gnātio piloꝝ ⁊ barbe ⁊ pectoꝛis. ¶ Ad h dōm ꝙ t̄ps in quo incipit emitti ſp̄ma viri: vel ēt ſp̄ma

vel menſtruũ mulieris eſt illud in quo accidũt rarefactio cutis ꝛ piloſitas. ¶ Sed notandũ ꝙ emiſſio ſpmatis viri vel mẽſtrui mulieris ſe põt hr̃e ad gnãtionẽ piloꝝ vno modo ſicut ſignũ. alio mõ ſicut cauſa. ſicut ſignũ quidẽ qꝛ in tpe in quo emittit̃ ſpma multiplicat̃ calidũ ſuper ſuuʒ humidũ. ꝛ ex h̃ accidit calidũ exacui: ꝛ qꝛ calidũ exacutũ rarefacit penetrando per poros ꝛ mãʒ ſubtiliat ex qua pili generant̃: ꝛ ideo pilos ꝓducit ꝛ maxime in locis pudendoꝝ: qꝛ caliditas ibi multiplicat̃ magis: ꝛ ibi etiã magis exacuit̃ ꝓpter cõcuſſionẽ: ꝛ nõ ſolũ in illis locis: ſed in pectore ẽt ꝛ in toto corpore. ꝓpter qḋ ẽt in alijs partib⁹ accidit fieri gnãtionẽ piloꝝ. ꝛ ideo dicit Hyppo. infra ꝙ illi ꝗ fiũt eunuchi in pueritia: qꝛ conuertunt̃ verſus frigiditatẽ nõ emittunt pilos in barba vel in pectine vt in pluribus: qꝛ carent caliditate diffuſa a teſticulis que redũdare deberet per totũ corpus ꝛ ipʒ calefacere totũ. q̃re ꝛc̃. ¶ Itẽ emiſſio ſpermatis viri: ꝛ ẽt meſtrui mulieris eſt cã gnãtionis piloꝝ. qꝛ ſperma multiplicatũ ꝛ emiſſum multiplicat caliditatẽ ſuper loca generatiua: ꝛ ideo caro ꝛ vene ꝛ cutis calefiunt ꝛ rarefiunt: ꝛ qꝛ etiã caliditas que eſt in locis generationis redundat ſuper totũ corpus. Cuius ſignũ eſt: qꝛ in abſciſione teſticuloꝝ redũdat frigiditas in totuʒ. vt pʒ in eunuchis. ideo in emiſſione ſpermatis ꝓpter caliditatem diffuſaʒ in totũ pili generant̃. ꝛ ideo dicebat Auic. p̃mo canõ. ca⁰ de etatibus. ꝙ etas emiſſiõis ſpmatis eſt tps ortus barbe. ꝛ ſic appet q̃o eſt ſignũ: ꝛ cã gnãtiõis piloꝝ.

Tunc ad rationem cum dicit̃. illud quod eſt cauſa p̃uationis pilorum non eſt cauſa ꝓductionis eorum. verum eſt. vt eſt cauſa priuationis. Ad minorem dico ꝙ verũ eſt quãdo vltimate cõſumpſit humidũ ꝛ calorem. ſed ante h̃ tempus non eſt verũ. Et cum dicit̃ ꝙ eunuchi nõ fiunt calui neqꝫ ꝓducunt pilos: ꝓpterea qꝛ nõ ſpermatiʒãt. dico ꝙ verũ eſt ꝙ nõ ꝓducũt pilos quos hñt: qꝛ qḋ debebat cõuerti in ſperma fit ſuperfluitas ꝛ cõtinuo piloꝝ augmentũ: ꝛ etiã ꝓpter frigiditatẽ eoꝝ multe ſupfluitates in eis generant̃ ex quib⁹ augent̃ pili: tñ lʒ illos quos hñt nõ ꝓdant: non tñ generant̃ alij pili in eis ꝗ generari deberẽt in barba ꝛ pectine. ſed emiſſio ſpmatis rarefaciẽtis cutim: ꝛ calefacientis totuʒ corpus generat pilos in barba ꝛ femore tandẽ: vltimo facit caſuʒ piloꝝ: ꝓpter ſupfluã raritateʒ poroꝝ ꝛ exiccationẽ mãe eorum. ¶ Ad ſcḋam dõm ꝙ ſimili mõ ſe hʒ in barba viri: nõ eñ debemus imaginari ꝙ ſpma viri deſcẽdat a capite in viris vel mẽſtrua in muliere. vt declarabit̃ in quadã qõne. ſed qꝛ caliditas totius corporis exacuit̃ nõ ſoluʒ in partibus gnãtiuis: vt dictum eſt: ꝛ tunc ex rarefactiõe cutis in totũ mã ex qua pili debebãt generari in barba ꝛ toto corpore citius deſcendit ꝛ effumat̃ per poros latos ꝛ in pilos conuertit̃. q̃re nõ valet. ¶ Deinde cum dicit.

¶ Significatio aũt. qꝛ in rariſſimis cutis oriunt̃ pili. ſiquis voluerit adurere cutim ꝛ cruſtã ſolum facere ꝛ ſanare denſa facta cutis in cicatrice pilos nõ ꝓducet. Quicũqꝫ aũt eunuchi pueri exiſtes fiunt: ꝑꝑ hoc neqꝫ pilos hñt in pectore neqꝫ in mẽto: lenes fiũt toti. qꝛ via non facta ſpmati rarificat cutẽ in toto corio. cecat̃ aũt via ſpmatis ſicut mihi dcm̃ eſt paulo ante.

¶ Hic declarat duo dicta. ꝛ p̃mo p̃mũ. dixit. n. ꝙ cutis rara eſt cauſa gnãtiõis piloꝝ. Iteʒ dixit ꝙ emiſſio ſpmatis generat pilos. p̃mo ꝗ declarat p̃mũ. ꝛ dicit. ꝙ ſignificatio aũt. ſ. ꝙ raritas cutis ſit cã gnãtiõis piloꝝ eſt: qꝛ pili oriũtur in rariſſimis ſupp. partib⁹ cutis: qḋ apparet per opp^m. nam denſitas cutis eſt cã p̃uatiõis eoꝝ. qꝛ dicit ipſe. ſiqs voluerit adurere. i. cauteriʒare cutim ꝛ facere ſolũ cruſtã in ea ꝛ eã ſanare qñ cutis erit frigida denſa ꝑꝑ cicatriceʒ: tũc pili nõ oriunt̃ in ea ꝑꝑ eius denſitatẽ. ꝛ h̃ eſt ſignum ꝙ raritas cutis eſt cauſa gnãtiõis piloꝝ. ꝛ ꝙ ita ſit appet: qꝛ quicũqꝫ fiunt eunuchi exñtes pueri nõ gnãnt̃ in eis pili nec in pectine nec in barba: ſed fiunt cotilones. i. ſine pilis: qꝛ via nõ fcã ſpermati nõ rarificat cutiʒ in toto corpore: aũt ꝓ ſed: via ſpermatis in aĩalibus ſup. cecat̃. i. obturatur: ſicut dictũ eſt: mihi ꝓ a me: paulo ante. ¶ Et notãdũ ꝙ notãter dicit pueri exñtes: qꝛ ſm phʒ ſi aliqs fiat eunuchus poſt pueritiã iaʒ facta eſt via pilis: ꝛ iõ hñ pñt eis oririꝫ in pueritia facti eunuchi nõ. ¶ Deide cũ dicit.

¶ Et mulieres aũt lenes fiunt ſm mentũ ꝛ corpus: qꝛ in coitu ipſarũ humidũ nõ ſit̃ iectigatũ ſicut id qḋ eſt viri cutim nõ facit raram.

¶ Hic remouet dubiũ qḋ ſic ex dictis emergit. nam dictũ eſt ſupra ꝙ emiſſio ſpermatis eſt cã gnãtionis piloꝝ. mõ poſſet aliquis dicere. q̃re i mulierib⁹ nõ oriunt̃ pili in barba ſicut in viris: cũ mulieres etiaʒ ſpermatiʒent. Ad hoc reſpõdet. ꝛ dicit ꝙ mulieres ſunt lenes. i. ſine pilis ſʒ mẽtum ꝛ ſm corpus: qꝛ humidũ ipſaꝝ. i. ſperma. nõ ſic iectigatur. i. ipetuoſe mouet̃ in coitu ſicut humidũ viri: ꝛ ideo nõ rarefacit ita cutim: ꝓpter qḋ nõ ſic generat pilos. alia aũt cã põt eſſe: qꝛ in viris eſt caliditas fundata in maiori quãtitate caloris: ꝛ ideo ſm totũ corpus viri eſt maior caliditas q̃ȝ in corpore mulieris. ¶ Deinde cũ dicit.

¶ Quicũqꝫ aũt calui fiũt: iſti aũt flegmatici ſũt: ꝛ in capite ipſoꝝ ſimul coitu iectigatũ ꝛ calefactum flegma cadens in cutiʒ vrit capilloꝝ radicem ꝛ effluũt capilli. Eunuchi ꝑꝑ h̃ nõ fiũt calui: qꝛ ipſoꝝ nõ fit mot⁹ vehemẽs neqꝫ calefcm̃ flegma in coitu vrit capilloꝝ radices.

¶ Hic determinat de cã caſus piloꝝ. ꝛ dicit. ꝙ quicũqꝫ calui fiunt ſunt flegmatici: ꝛ ꝓ qꝛ flegma ſit̃ iectigatũ. i. fortiter agitatũ ꝛ calefactũ in capite ipſoꝝ in coytu. i. ꝑꝑ coytũ iſtum cadens in cutẽ capillorum vrit. i. corrodit: ſup. radices: ꝛ tũc effluũt. i. cadũt capilli: ꝛ ꝑꝑ h̃ eunuchi nõ fiunt calui: qꝛ ipſorũ nõ fit motus vehemẽs. i. coytus: qꝛ nõ poſſunt coire. qꝛ flegma calefactũ in coitu. i. in motu coit⁹ nõ vrit radices capillorũ ipſorũ: ꝛ iõ remanẽt ꝛ nõ caluefcũt. ¶ Sed aliquis dicet. nõ videt̃ ꝙ ſit veꝝ qḋ dicit hic Hyp. ſ. ꝙ illi qui caluefcũt ſint flãtici. qꝛ ſicut apparet per Gal. in tegni caluicies fit in cerebro calido ꝛ ſicco: ꝛ per ɔñs in colericis. ¶ Itẽ hoc videm⁹ cõtinue per experientiaʒ ꝙ valde citius caluefiunt colerici q̃ȝ flãtici. q̃re ꝛc̃. ¶ Ad intellectũ h⁹ eſt notandũ ꝙ duplex eſt caluicies. vna eſt nãlis. ꝛ alia accñtalis. caluicies accñtalis ẽ illa que maxime generat̃ ex hu. aduſto corrodẽte radices capilloꝝ: ꝛ talis humor eſt flegma ſalſuʒ aduſtũ ꝛ talis caluicies vel depilatio dicit̃ alopicia: fit aũt talis caluicies in aĩalib⁹ vel in hoĩbus in quib⁹ abũdat flegma ſalſuʒ. naʒ qñ tale flegma vrit ꝛ putreſcit corrodit radices capilloꝝ: ꝛ tũc accidit caſus coꝝ: ꝛ de hac caluicie loquit̃ hic Hypo. Alia eſt caluicies nãlis: ꝛ talis fit ꝑꝑ cõſumptionẽ humidi: ꝛ infrigidationẽ calidi: ꝛ ideo caluicies nãlis inſeqtur maxie ſiccuʒ. nam illud qḋ ſubijcit̃ pro mã gnãtiõis piloꝝ eſt aliqḋ fumoſum habẽs aliqḋ de hũido vnctuoſo: ꝛ qꝛ in viris calidis ꝛ ſiccis accidit ɔſumptio h⁹ humidi maxime: iõ in eis maxime fit caluicies nãlis ꝛ de hac itelligit Gal. in tegni. nõ aũt Hyp. h̃. qꝛ iſta erat oĩb⁹ nota: illa aũt nõ ſic. ¶ Et ex his apparet ꝙ eunuchi nõ fiunt caului ſm caluicieʒ accidentalẽ neqꝫ ſm caluicieʒ nãlem: qꝛ in eis neqꝫ abũdat

flegma ſalſum: nec̄ caliditas cōſumens cito humidū qḋ eſt mã piloꝝ: imo magis augeť talis mã in eis: ⁊ ſic apparet ꝙ talis obiectio nō valet. cauſa aūt q̃re talis caluicies magis accidit in parte anteriori capitis q̃ʒ in poſteriori eſt h̄: q꞉ pars anterior eſt magis ſolida ⁊ dura q̃ʒ poſtrema et magis ꝓpinqua oſſi capitis ⁊ ſine carne: vt apparet 2° de ꝑtib⁹: pars aūt poſterior eſt humidior ⁊ carnoſior: ⁊ ideo plus hʒ de mã cōtinuante capillos: ⁊ h̄ eſt cã Ga. in tegni. Alia eſt cã ſm Ar. ſ. ꝓp multitudinē humidi in anteriori parte cutis: ⁊ lʒ aliqui dicant ꝙ ſint cauſe ꝯrie: nō tñ ſūt ſi bene intelligať intentio Ar. q꞉ ſm Ariſto. pars cerebri anterior eſt humidior ⁊ frigidior: q꞉ ibi ē plus de cerebro: vt diciť 2° de gñatiōe aīaliū. ⁊ cum cerebrū ſit frm ⁊ hūidum citius deficit calor nālis ⁊ obtundiť in anteriori pte q̃ʒ in poſteriori. calido aūt deficiente deficit cã efficiēs ſuperfluitatē ꝯuerti in fumū ⁊ aſcendere ⁊ cōuerti in piloſ: ꝓpter qḋ cū nō ſit ibi aliquid cōtinuans eius mãʒ pili cadunt ⁊ fiunt calui. ⁋ Deinde cum dicit.

⁋ Cani aūt ꝓpter hoc fiunt: q꞉ multo tempore deſcendente humido in hoīe ſequeſtrať albiſſimū ⁊ cadit ad cutim: ⁊ crinis albiorē humiditatem habēs q̃ʒ in priori tēpore albior fit: ⁊ cutis vbi cani ſunt albior altera fit: ⁊ quicunq̄ ex genitura canicieʒ quandã hñt in capite: illis vbi canicies eſt albior alia eſt: illic. n. albiſſimū humidū eſt: hʒ aūt ⁊ hoc fit vbi vtiq̄ caro humiditatem attrahit ſiue albam ſiue rubeam ſiue nigram: tales ſm colorem ⁊ pili fiunt: h̄ autem dicta ſunt a me.

⁋ Hic oſtendit cãm caniciei: ⁊ dicit: ꝙ hoīes fiunt cani ⁊c. omnia ſunt plana: ⁊ expone albiſſimū. i. mã alba: ⁊ quicūq̄ ex genitura. i. ex ṗncipio gnōnis: ⁊ in fine epilogat: ⁊ pʒ. ⁋ Sed dicet aliquis nō videť verū ꝙ canicies accidat: q꞉ ſequeſtreť albiſſimū. q꞉ ſi ſequeſtrareť a mã ſpermatica. ergo tunc ſperma cedit in pilos aut ſi non q̃uo fit iſtud albiſſimū? ⁋ Itē nō eſt hoc: q꞉ illa pars cuti ſit albior q̃ʒ alia: vt pʒ ad ſenſum. ⁋ Ad hoc dōm: ſed notandū ꝙ duplex eſt canicies. ſ. accñtalis ⁊ nālis: canicies quidē nālis nō cauſať: q꞉ albiſſima mã ſequeſtreť in cute: ⁊ fiat cutis albior. Cuius ſignū eſt. q꞉ in ſenibus vna pars eius nō eſt albior altera: ſed eſt eiuſdē coloris. ⁋ Propter qḋ notandum ꝙ ſicut diciť 5° de gñatiōe aīaliū. h̄ eſt dñia inter cutim hoīs ⁊ cutim alioꝝ aīaliū. q꞉ in alijs aīalib⁹ cutis pōt in permutatiōe piloꝝ. vnde ſi cutis eſt alba pōt ꝑmutare pilos ad albedinē. ſi nigra ad nigredinē. ſi varia ad colorē variū. ſed in hoīe nō. ꝓpterea q꞉ nō eſt ſic groſſa: ⁊ ꝓp hoc dicit ibi phs ꝙ in cute hoīs valde alba poſſunt generari capilli valde nigri: ⁊ h̄ videmus ad ſenſum. ſed talis albedo vel canicies nālis cauſať ex indigeſtiōe ⁊ putrefactione humidi: qḋ dʒ ſuccedere pro mã pili: humiditas aūt illa putrefacta dealbať. ⁊ h̄ ꝓpterea q꞉ putrefactio illarū ſuperfluitatū fit ex defectu calidi nālis ab aere cōtinēte qui īmiſceť ſecū: ⁊ tunc fit illa humiditas alba ex interceptione aeris putrefacientis cuʒ ipſa: quapꝓ generanť pili albi: ⁊ ideo ibi dicebat Ar. ꝙ canicies eſt qdã langor pili qñ nō digeriť nutrimentū ſm vnãquãq̄ particulaʒ: ⁊ vapor ille generatus a ſuperfluitatib⁹ ꝓp indigōnē gñatis ⁊ retentis in poris cutis dealbať: ⁊ fit ad modū pruine. ⁊ iō dicebat Ar. 5° de gñatione aīalium. ꝙ poete derident ſenes: q꞉ aſſimilant eoꝝ caput pruine. nam ſicut in pruina. i. in bruina fit ex interceptiōe aeris cū illis vaporib⁹ aqueis: ita albedo etiã in tali humiditate: ꝓpea ꝙ ex ea generanť paulatine pili albi: ⁊ de iſta canicie nō loquiť hic. ⁋ Alia eſt canicies accñtalis: ⁊ h̄ eſt illa que fit ex abūdantia hu. ꝑdñantis putrefacti venientis ad poroſitates cutis in quibus generanť pili: h̄ aūt ſuperfluitas pōt generari ex coitu ꝓpter debilitatē accidentē in digōne que cū fuerit putrefacta pōt cedere in mãm pili. ⁊ ideo ſi fuerit flãtica: q꞉ talis eſt vtplurimū ex indigōne: tūc cauſabunť pili albi: ⁊ de hac loquiť hic Hyppo. qui dicit ꝙ ſequeſtrať albiſſimum. ⁊ cadit ad cutim: ⁊ ex h̄ apparet ꝙ talem caniciem accidentalē poſſibile eſt accidere a ṗncipio generationis dū mō ibi ſit illa humiditas flegmatica putrefacta. Et ex hoc apparet ſolutio ad obiecta: ⁊ ſic de illo.

Adhuc veniaʒ aūt ad reſiduū ſmonis.

⁋ Prius oſtēdit Hypo. modū dearticulatōis oīuʒ partiū fet⁹ tã eaꝝ q̃ ſūt mēbra: q̃ʒ etiã priū q̃ nō ſūt mēbra: q̃les ſť vngues ⁊ pili: ⁊ cū h̄ dedit cãm quorūdã accidentiū cōtingentiū pilis. ſ. caniciei ⁊ caluiciei. Hic intendit cōplere ꝓpoſitū ṗncipale de nã fetus. ⁊ ṗmo ṗmittit qḋ intendit. 2° exequiť. ſcḋa ibi (Qñ vtiq̄ extrema corporis.) Primo dicit. adhuc aūt veniaʒ. ſup. ad cōplendū. reſiduuʒ ſermonis. i. illud qḋ deficit de ṗncipali intento. iuxta qḋ illud qḋ remanſit cōplendum de ſermone ṗncipalꝭ intenti eſt determinare de his que cōſequunť partū poſt tp̄s formationis mēbroꝝ: ⁊ ꝓpter qḋ fit partus ⁊ hʒ. nã determinatio talis adminiculať ad cognitionē de nã fetus. ⁋ Deinde cum dicit.

⁋ Quādo vtiq̄ extrema corporis pueri ramificanť extra: ⁊ vngues ⁊ capilli ramificabitur: tunc vtiq̄ ⁊ moueť ⁊ tempus ad hoc fit maſculo quidē tres mēſes. femine vero q̃tuor. ſic enim in plurimū accidit: eſt aūt ⁊ quoſdã puerorum ante hoc tempus moueri.

⁋ Hic exequiť. ⁊ ṗmo determinat de tp̄e motus fetus qḋ eſt poſt tp̄s dearticulatiōis mēbroꝝ. 2° q꞉ in h̄ tp̄e qḋ eſt poſt tp̄s dearticulatiōis mēbroꝝ accidit gñatio lactis determinat de gñatiōe lactis. ſcḋa ibi. (Qñ aūt mouebitur embrio.) Prima in duas. q꞉ ṗmo oſtēdit qḋ eſt tp̄s mot⁹ fet⁹ in matrice. 2° reddit cãm ei⁹ qḋ dixerat. 2ª ibi. (Mouetur aūt ante maſculus.) ſentētia ṗme partis plana eſt. ⁋ Iuxta qḋ notãdū de eo qḋ dicit Hyp. quãdo extrema corporis ramificanť. ſ. manus ⁊ pedes ⁊ digiti eoꝝ: tūc ēt ramificanť capilli ⁊ vngues. ⁊ cã hui⁹ dicta fuit ſuperius. nam dictū fuit qñ ramificanť extrema corporis: ita ꝙ qñ fit diſtictio capitis ab humero: ⁊ brachioꝝ a pectore: ⁊ coxarū ab inferiorib⁹: tūc ēt iſta dearticulanť. ⁋ Sed notandū ꝙ duplex eſt dearticulatio mēbroꝝ. quedã eſt oīo manifeſta ad ſenſum. alia eſt nō oīo manifeſta: ſed cōfuſa ⁊ occulta. mō de ṗma dearticulatione eſt veruʒ ꝙ qñ extrema corporis ramificanť: tunc ēt pili ⁊ vngues ramificanť: ſed q̃tū ad dearticulationē cōfuſaʒ ⁊ occultã nōdū ramificanť pili ⁊ vngues. ⁊ ideo in aborſu fetus: aliqñ nō apparet dearticulatio niſi mēbroꝝ ṗncipaliū a ṗn° formationis nec illoꝝ fere diſtinctio niſi ponať in aqua frigida: ⁊ tunc ēt nō apparent adhuc pili nec vngues. qñ aūt abortiunt fetū cōpletū: tunc appꝫ bene diſtinctio piloꝝ ⁊ vnguium. ⁋ Itē notandū ꝙ h̄ eſt verū ꝙ pili ramificantur: tunc q̃tū ad capillos vt in plurib⁹ fetib⁹. ſ. qñ corpus eſt tēperatū vel calidū. Si aūt ſit diſtemperatū verſus frm: ita ꝙ multa friditas ſit in cerebro vł in toto corpore: tūc nō apparēt. ⁊ ideo dicebat Gal. in tegni de ſignis cerebri frigidi ꝙ in tali cerebro vix ⁊ tarde apparēt capilli. ⁋ Ulterius notandū ꝙ Hyp. nobis tria inſinuat vnū īplicite. ⁊ duo explicite. ṗmū quidē qḋ īplicite inſinuat eſt qḋ eſt

tempus fetus in matrice.alia duo exprimit in lra. ꝑmum eſt ꝙ tẽpus motus fetus eſt poſt tꝑs dearticulatiõis fet⁹. 2ᵐ eſt ꝙ eſt diuerſificatio in ſuo motu in fetu maſculino ⁊ feminino. ⁊ hͦ 2ᵐ declaraꝉ in ſequẽti.§. Cauſa autẽ ꝑmi .ſ.quare motus fetus in matrice eſt poſt tꝑus dearticulationis mẽbroꝝ eſt duplex.ꝑma eſt: qꝛ motus ſolũ ꝯtingit membro organizato. Item qꝛ requirit aliqͦ fixũ cui apodietur mobile.modo mẽbꝛuꝫ eſt magis ſolidus poſt tꝑus organizationis ꝗ̃ ante.quare ⁊c̃.

**Sed dubitaret** aliquis. qꝛ Hypo. ponit ꝙ tꝑs motus fetus maſculi in matrice eſt vſqꝫ ad tres menſes.ſed motus fetus femine eſt vſqꝫ ad quatuoꝛ menſes.hoc nõ videꝉ.ſ.ꝙ iſtoꝝ motus tanto tꝑe ꝓlongetur. qꝛ Auic.dicit 3°ca᷑. de cauſis gñatiõis fetus: ⁊ etiã Aliabbas in 3° ſue theorice diſpõnis regalis. ca.° de diſpõnibus matricis ꝙ tꝑs motus fetus in matrice eſt duplũ tẽpori informationis:nũc aũt tꝑs informatiõis maſculi: vt ſupra apparuit eſt ad plus in.30.dieb⁹. ꝗ̃ ſi duplicetur dꝫ moueri in.60.dieb⁹.hoc aũt nõ eſt tꝑs triũ mẽſium:ſed duoꝝ.ergo dꝫ moueri in duob⁹ mẽſib⁹. ¶ Itẽ tꝑs informatiõis femine: vt ſupra dicebaꝉ eſt.40. dierũ ad vltimũ vel.45.ad plus. ſed ſi dupleꝉ hoc tẽp⁹ erit.80. vel.90.ad plus: ⁊ ſic femĩa mouebiꝉ in tribus mẽſib⁹ ad plus.ergo motus iſtoꝛũ nõ tardat vſqꝫ ad tẽpus:qͦ hic dicit Hyppo.ſm illos auc.ſed citius aduenit.

¶ Ad hoc dõm ꝙ tꝑus motus pueri vel puelle in matrice hꝫ ꝓportionẽ ad tꝑs informationis eius. Et rõ huius eſt. qꝛ oẽs operatões nãe currũt ſm periodos ordinatos:qꝛ nã dirigiꝉ a motoꝛibus ordinatiſſime mouentib⁹.ſ.ab intelligentijs.vt diꝉ Gal.2° ⁊ 3° de creticis.⁊ ideo ordinẽ ſeruat in ſuis operationib⁹: ⁊ per ꝯñs in rebus maxime naturaliſſimis maxime ſeruaꝉ ordo.cuꝫ ꝗ̃ ſit ordo in tꝑe formationis fetus:erit ẽt ordo in tꝑe motus eius. ⁊ ideo inter tꝑs informationis ⁊ tꝑs motus eius eſt ordo ⁊ terminata ꝓportio.hec aũt ꝓportio poniꝉ eſſe duplus tẽporis informationis. ¶ Ad cuius euidentiã aduertẽdũ ꝙ mot⁹ mẽbroꝝ duo requirit. ꝑmo quidẽ organizationẽ que debeꝉ corpori organico eo ꝙ nõ eſt quicũqꝫ motus:ſed mot⁹ anime.aĩa aũt eſt actus corporis organici phyſici: vt apparet 2.° de aĩa.2.° requiriꝉ ſolidatio mẽbꝛoꝝ:qꝛ motus requirit aliqͦ fixum cui mobile apodieꝉ ⁊ vniaꝉ: vt dicit phs in libello de cã motus aĩalium. ⁊ ideo tunc magis moueꝉ qñ hꝫ membꝛa ſolida ⁊ fixa.ex quib⁹ apparet ꝙ tꝑs mot⁹ hꝫ ꝓportionẽ ad tꝑs ſolidationis: ⁊ etiã informatiõis membꝛoꝝ cum illa duo ꝓſupponat. ⁊ qꝛ tꝑs ſolidationis diuerſificaꝉ in maſculo ⁊ femina:ſicut tꝑs informatõis: iõ tempus motus coꝝ ẽt diuerſificabiꝉ: ⁊ ideo maſculus mouetur in tribus mẽſibus.ſ.in.90.dieb⁹.eo ꝙ tꝑs iformatiõis eius erat in.30.dieb⁹ ⁊ eius ſolidatio in alijs.30.ecce duos menſes.poſtea ponit alios.30. in quo incipit moueri: ecce tres mẽſes: femina aũt moueꝉ in ꝗ̃tuoꝛ mẽſib⁹:qꝛ in.40. diebus formaꝉ ⁊ in totideꝫ ſolidaꝉ:ecce.80.⁊ in alijs.40. incipit moueri:ecce.120.dies.qui ſunt ꝗ̃tuoꝛ mẽſes. aliqñ in maioꝛi tẽpoꝛe:aliqñ in minoꝛi. Et ex hͦ pꝫ ad rõnẽ:quia bene eſt duplatio tẽporis informatiõis:ſed cum hoc additur tẽpus ſolidationis:quia ſolidatio requiriꝉ ad motuꝫ. ¶ Ulterius notandũ ꝙ lꝫ operationes nãe de ſe currãt ſm ordinem hoc eſt verũ inquãtũ nã regulaꝉ in ſuis operationibus a motoꝛib⁹ ordinate agentib⁹.ſed qꝛ operationes nature inituꝉ materie cõtingit aliqñ ꝙ mã eſt indiſpoſita: ⁊ ideo eius periodi impediuꝉ ⁊ ordo in agẽdo:ita ꝙ tempus non ſic preciſe dupletur: ſed aliquando plus: ⁊ aliquando minus: ⁊ ideo dixit vtpluriꝫmuꝫ in his ſic accidit. ¶ Deinde cum dicit.

¶ **Moueꝉ autẽ ante maſculus: quia eſt foꝛtioꝛ femina: ⁊ ante coagulatur maſculus: a groſſiori.n. ⁊ foꝛtioꝛi ſpmate fit maſculus femina.**

¶ Hic declarat quoddã dictũ.dixit eniꝫ ꝙ maſculo ſufficiunt ad ſuũ motũ tres menſes.femine vero ꝗ̃tuoꝛ.⁊ in hͦ iſinuauit ꝙ maſculus ꝑus moueꝉ ꝗ̃ femĩa. h⁹ ꝗ̃ cãm reddẽs dixit ꝙ maſculus moueꝉ ſup.anteꝗ̃ femĩa in mꝛice: qꝛ ſup.maſculus eſt foꝛtioꝛ ꝗ̃ femĩa: ⁊ ante coagulaꝉ maſculus.ſup.ꝗ̃ femina:qꝛ maſculus eſt a groſſioꝛi ⁊ foꝛtioꝛi ſpermate ꝗ̃ femina. ¶ Iuxta qͦ eſt intelligẽdũ ꝙ Hyp. duo inſinuat.vnũ implicite.aliud explicite.explicite gdẽ tangit cãm: quare citius moueꝉ in vtero maſculus ꝗ̃ femina:implicite aũt tangit ꝑncipiũ diſtinctionis maſculi a femella.cãm aũt ꝑmi ponit duplicẽ:ſicut ad hunc motũ requiruꝉ duo. vnũ eſt foꝛtitudo agentis.ſ.virtutis. naꝫ foꝛtitudo virtutis requiritur ad hũc motũ:eo ꝙ loquiꝉ hͦ de motu locali:qui eſt operatio vehemẽs: ⁊ ideo requiriꝉ ad ipm virtus foꝛtis: ⁊ hãc cãm tetigit cũ dixit:quia ẽ foꝛtioꝛ femina.2.° requiriꝉ ꝙ illud coꝛpus ſit durũ.qꝛ oĩs motus indiget aliquo fixo cui apodieꝉ mobile: ⁊ ideo maſculus requirit os iuxta ſe vt ſibi adhereat in ſuo motu: ⁊ ꝓꝑ iſtas duas cãs maſculus citius moueꝉ ꝗ̃ femina.ꝑmo qꝛ maſculus eſt foꝛtioꝛis virtutis ꝗ̃ femina: ⁊ iõ citius petit ꝓrũpere in foꝛtẽ opõnẽ que eſt motus. iteꝫ caro viri citi⁹ ſolidaꝉ ⁊ coagulaꝉ ꝗ̃ caro fẽie.⁊ per ꝯñs citius moueꝉ ꝗ̃ femina.2.° inſinuat ꝑncipiũ diſtinctiõis maſculi a femina cum dicit.a groſſioꝛi.n.qꝛ nõ differt in alio maſculus a femella niſi in foꝛtitudine ⁊ debilitate gñationis.⁊ qꝛ ꝑncipium maſculi eſt ſpma maſculinũ vt eſt ꝑncipiũ vincens ⁊ aſſimilans ſibi menſtruũ femininũ ⁊ nõ aſſimilaꝉ ei nec vinciꝉ ab eo in accĩtib⁹ maſculineitatis.ideo eſt cã ſexus maſculi. ⁊ ideo dicebat phs 2° de gñatiõe aĩaliũ.ꝙ maſculus ⁊ femina nõ differũt niſi ſm potẽs ⁊ ĩpotens: qꝛ cõtingit ꝙ qñ agens hꝫ totale dñium ſuper patiẽs:tũc ipm ſibi aſſimilat in ſuis diſpõnibus: qñ aũt eſt indiſpoſitũ ⁊ reſiſtens:tũc alterat agens ⁊ vincit ipm in quibuſdã diſpõnibus:lꝫ in alijs vincaꝉ: ⁊ tunc menſtruũ mulieris alterans ſperma viri reddit ipm ĩpotens ſuper gñationẽ maſculi: ⁊ tunc generaꝉ femina. qꝛ fetus maſculinus ⁊ femininus inſequiꝉ maxime ꝯnẽ ⁊ in ꝯnẽ reducuꝉ vt hꝫ mẽbꝛa virilia vel feminina:ſed habitudo coꝛpoꝛis ſm eſſe maſculinum ⁊ femininũ in operatiõib⁹ ⁊ nõ in rõne ad ſexũ inſequitur diſpõnẽ mẽbꝛoꝝ. vnde non diciꝉ ꝑncipalr maſculus ex eo ꝙ hꝫ virgã ꝓtenſam ⁊ teſtes: ſed ex eo ꝙ eſt talis vel talis habitudinis: que reſultat in diſpõne ⁊ figura mẽbꝛoꝝ: ⁊ hoc dicit Auic.9.° de aĩalib⁹. ꝙ inſequiꝉ modũ ꝯnis.habitudo aũt inſequiꝉ diſpõnẽ mẽbꝛoꝝ.⁊ ideo dicebat phs in 4.° de gñatiõe aĩaliũ. ꝙ maſculus inſequiꝉ digeſtionẽ. femina aũt indigeſtioneꝫ: quapꝑ maſculus ꝓꝑ eius caliditatẽ ⁊ digeſtionẽ fit a ſpmate groſſioꝛi: qꝛ digeſtio ingroſſando ꝓcedit ꝯmiſcẽdo partes aqueas cũ partibus ſiccis terreis: femina aũt ꝓpter indigeſtionẽ fit ex materia magis aquea: ⁊ ſic de illo.

**Quia** Hyp. videꝉ innuere hic ꝙ vir maſculus ſit foꝛtioꝛis virtutis ꝗ̃ femina: ⁊ etiã maioꝛis caliditatis: ideo gr̃a h⁹. Queraꝉ vtrum ſit poſſibile feminaꝫ ꝓduci a ꝑncipio foꝛtioꝛi ꝗ̃ maſculus: ⁊ in hoc implicabiꝉ qͦ illa. vtrum ſit poſſibile aliquã mulierẽ eſſe calidioꝛẽ ꝗ̃ vir. Et arguiꝉ ꝙ ſic. qꝛ videmus aliquas mulieres eſſe robuſtioꝛes ꝗ̃ viri. ¶ Item aliquas audacioꝛes ꝗ̃ viri aliqui. ¶ Itẽ videmus aliquas mulieres maioꝛes ꝗ̃ aliqui viri. cum ꝗ̃ hͦ oĩa atteſtenꝉ ſup robur virtutis ⁊ ſup caliditatẽ. ꝗ̃ videtur ꝙ femina ſit foꝛtioꝛ ⁊ calidioꝛ aliquo maſculo: multa aũt poſſent argui.ſed nõ curo ad preſens.

**In oppoſitū** eſt intentio Hyppo. hic. ⁊ Ar. in 4°
de generatione animalium.
**Ad hoc** reſpondent quidā ꝙ poſſibile eſt mulierem
eſſe calidiorē maſculo. aliqui dicūt ꝙ eſt im
poſſibile. Sȝ qꝛ in pōne mea apparebit in quo vtraqȝ poſi
tio deficit. Ideo credo alr eſſe dōm ad qōnē vt pōt extra
hi ex dictis Ar. ⁊ ex dictis Auic. ⁊ ex dictis Gal. Nā Gal.
de hoc facit mentionē in cōmēto introductoꝝ pulſuum.
⸿ Dico ḡ ꝙ nos poſſum⁹ loqui de maſculo ⁊ femella du
pliciter. vno mō intelligendo pro maſculo euȝ qui ſimplr
eſt maſculus. ⁊ per feminā eū qui ſimplr eſt femina. Alio
mō accipiendo maſculū ⁊ feminā nō ſimplr: ſed quātum
ad id qđ eſt magis accñtale ⁊ cōcomitans. Si pmo mō lo
quamur: ſic dico ꝙ maſculus ſemp fit a fortiori virtute ꝙ̄
femina: ⁊ ꝙ maſculus qui vere ē maſculus eſt calidior ca
lidiſſima mulierū: que eſt vere mulier. Et rō huius eſt. qꝛ
ſimplr maſculus differt a ſimplr femina ſm modū diſti
ctionis pncipioꝝ. ſ. ſm diuerſitatē membri pncipalis qđ
pmitus generaꝛ: qđ eſt cor: vt dicit Ariſt. loco paſſignato:
qꝛ penes tale pncipiū diſtinguunꝛ ſimplr maſculi: ⁊ ſim
pliciter femine. ⁊ ideo oȝ ꝙ diſponaꝛ totū aliud ſȝ modū
ꝯnis ſm quē illud pncipiū eſt cā maſculineitatis vel fe
mineitatis. hic aūt modus ꝯnis eſt caliditas in viris ⁊ fri
giditas i feminis. nā ꝯ maſculi nō differt a ꝯne femie niſi
penes calidū perfectū: qđ eſt in maſculo ⁊ diminutū qđ ē
in femina. ⁊ ideo humidū maſculi eſt perfecte digeſtū ab
ipſo calido: humidū vero femine eſt indigeſtuȝ. reſpectu
eius ergo opȝ pncipiū generatiōis viri excedere in calidi
tate. ⁊ pncipiū gnātionis femine deficere in caliditate: ⁊
per ꝯñs oȝ ꝙ ſimplr maſculus ſit calidior ꝙ̄ ſimplr femi
na. ⁊ ideo dicebat Ar. 4.° de gnātione aialiū. hu⁹ aūt cā
in pncipio particula hñte caliditatis pncipiū. ſ. in corde.
neceſſariū igiꝛ in ſanguinē hñtib⁹ cōſtrui cor ⁊ aut ma
ſculus aut femina erit. ⁊ ſic apparet ꝙ maſculus ſimplr ē
calidior ꝙ̄ femina: ⁊ ꝙ fit a principio calidiori ꝙ̄ femina.
Si aūt loquamur de maſculo ⁊ femina nō ſimplr: ſed or
batis in natura: tunc poſſibile eſt feminaȝ eſſe a calidiori
pncipio ꝙ̄ maſculus. ⸿ Sed aduertendū ꝙ h orbatio ē
duplex. vna eſt ſimplr: alia ſȝ quid. orbatio ſimplr eſt qñ
dũ tpe partus.q2 ſic dicit phs 2ᵒ de gnõne aíaliũ.nã facit
ſicut facit bonus yconomus. qui qꝫtũcũqꝫ aliq̃ ſint inuti-
lia ⁊ ſupflua ordinat ⁊ diſpẽſat in aliqḋ vtile. vnde ex hũi
ditate vrine pueri ⁊ ſudoris eius ꝓuenit duplex vtilitas:
vt ſupra dicebat̃.pma eſt:q2 cũ hẽat virtutẽ aduſtiuã cõ-
denſat cutẽ pueri.2ᵒ eſt vt antecedat in partu exitũ pueri
vt faciat viã lubricã vt dilatet̃ os matricis ⁊ citius exeat
puer. ¶ 2ᵒ inſinuat modũ partus qꝫtum ad fetũ: q2 dicit
ꝙ pmo egredit̃ caput.Et rõ huius eſt duplex.vna eſt quã
ponit hic.q2 cũ fetus ſit alligatꝰ matrici p vmbilicũ vm-
bilicus eſt ſicut ſtatera.⁊ h eſt qḋ dicit phs li.ᵒ de gnãtiõe
animaliũ.tractatu.7.capᵒ de geſtatione ⁊ partu.ad caput

Fundación Uriach

aūt eſt gñatio aīalibus oībus ſm nām. propter ſuperiora vmbilici maiora hīc ꝙ inferiora: queadmodū in ſtateris ſuſpenſis. ex ipſo inclinant ad grauitatē. hñt aūt ampliorem grauitatē. ¶ Ex quib⁹ verbis appet ꝙ magis pōderat capitis pars ab vmbilico. ſup. ꝙ infra: ꝛ q2 ſūt grauiores ꝛ de nā grauis eſt deſcēdere citius deſcendit caput ꝙ alie partes. 2ª cauſa eſt quā ponit Auic. 9° de aīalib⁹. quia cū exitus nālis ſit ꝙ caput pmo exeat qñ nō exirent ptes ſuperiores pmo. tūc ſignat debilitatē virtutis cum egreſſus partiū ſuperioꝝ pmo fiat a fortitudine virtutis. ꝛ ego addo aliam cām: quā etiā ponet infra. ſ. ppter finē. quia ſi pedes pmo exirent. tūc brachia poſſent extendi ꝛ dilatari in matrice: ꝛ tunc nō poſſet exire: quin mulierē oporteret ſcindere vel pueri brachia diſlocare. ꝛ ideo nā igeniauit vt pmo exiret caput: q2 exitus aliarū partiū eſt poſtea facilior. ꝛ de hoc cōpletius dicetur infra.

Exit ex pāniculis ſm ruptionē ſimul. x. menſe quando partus matri aduenit. Si aūt violentā paſſionē paſſus fuerit puer ꝛ ante hoc tpus ruptis panniculis egreditur: ꝛ hoc ſi nutrimentū prius fiat a matre puero. ꝛ ſic prius part⁹ matri aduenit. velocius aūt. x. menſibus egreditur.

¶ Prius oſtēdit Hypo. que eſt imediata cā partus tā ex parte matricis ꝙ ex parte pueri exiſtis in matrice. oſtēdit etiā que ſit forma partus. Hic oſtēdit tps nāle in partu: ꝛ oſtēdit pmā cām partus. ſ. quare mouet embrio ad frangendū pāniculos quibus cōfractis exit puer ex matrice. Et pmo oſtēdit hoc. 2° circa hoc ponit opinionē quorūdā ꝛ cām deceptiōis eoꝝ. ſcda ibi. (Sꝫ quicūꝙ opinati ſūt) In pma pte dicit. qñ partus aduenit matri. exit ſupp. embrio ex pāniculis. ſm ruptionē. i. quādo rumpunt: ſimul decio menſe. Si aūt puer fuerit paſſus paſſionē violentā: ꝛ egredit ante hoc tps. ſ. x. menſem ruptis pāniculis tūc. ponit ſcdam cām: ꝛ ſi nutrimētū: finiat. i. deficiat puero: a matrice. ſup. veniens pus. i. ante tps. x. menſium. ꝛ ſic. i. ſilr etiam pus aduenit partus matri. velocius aūt. x. menſibus egredit. ſup. tunc. qñ aliqñ in. 7. menſe: aliqñ in 9°. ¶ Iuxta iſtam partē intelligendū ꝙ Hyp. in his verbis duo inſinuat. pmū eſt tps partus. 2ᵐ eſt cauſa pter quā fetus mouet ad egreſſionē ex matrice. ¶ Propter pmū eſt ſciendū ꝙ ſi cōſiderent verba Hypo. duplex eſt tpus partus: ſicut duplex eſt partus. nam quidā eſt partus nālis ꝛ quidā innālis. ꝛ eodē mō quoddā eſt tps part⁹ nāle quoddā innāle tps partus nāle inſinuat cū dicit. x. menſe. ita ꝙ per h inſinuat ꝙ decimus mēſis eſt tpus in quo fit partus ſm nām. tpus aūt innāle inſinuat cū dicit. Si aūt violentā paſſionē. q2 tunc ruptis pāniculis pp aliquā cām innālē egredit ante hoc tps. 2° inſinuat cām partus: ꝛ ſicut inſinuat duplex tps partus. ſ. nāle ꝛ innāle: ita etiā inſinuat duplicē cām partus. ſ. cām nālē ꝛ cām innālē: tñ partus naturalis eſt defectus nutrimenti in matrice: ꝛ tunc mouet fetus ex neceſſitate nutrimenti ad exitū ex matrice. ꝛ iſte defectus nutrimenti pōt eſſe ex duplici cā. aut ex cā nāli. ſ. q2 puer adeo eſt magnificat⁹ ꝙ mater nō amplius ſufficit ad eius nutrimentū. aut pōt defectus nutrimenti accidere ex cauſa innāli: vtputa ex euacuatiōe magna facta in matre cum farmacia aut cū flebotomia. ꝛ tunc eſt cā innālis ꝛ partus innālis. ꝛ hec cā pōt ꝯtingere omni tēpore. ꝛ iō omni tēpore pōt fieri partus innālis qui pprie dicit a phō abortus: tñ large ſumendo nomen partus. pōt dici partus. ¶ Alia cauſa quā ponit Auicē. 9° de aīalib⁹ eſt. q2 quādo fetus eſt magnificatus in matrice inſufficienter euentatur. vt ergo habeat aerem ſufficiētem ad euentandū calorē eius: ideo ꝛc. Si aūt fiat partus ex cauſa innāli ex alio ꝙ ex defectu nutrimenti: h eſt qñ puero aduenit aliqua paſſio violenta ꝛ innālis: ita ꝙ mouetur ad exitū ante tps debitū. vel ſi paſſio violenta adueniat matrici vt cogatur fetū expellere ante tps conueniens: ꝛ tunc fit partus innālis. ¶ Ulterius eſt intelligēdum circa tps partus nālis ne contingat errare ꝙ Hypo. ponit decimū menſē eſſe terminū eius: ſed niſi aliud adderet videt illud verbū valde extraneū. ¶ Propter qḋ notandū ꝙ Hypo. per. x. menſē intelligit terminū lōgiorem partus nālis nihilominus ante hoc tpus pōt eē partus nālis. vt pꝫ per Auic. 3° cañ. ꝛ per Auic. 9° de aīalibus. ꝙ partus nālis aliqñ aduenit in menſe. 7. aliqñ in 9°. aliquādo in. 10. ſed Hypo. poſuit. x. menſem terminū partus nālis. q2 puer nō ſtat vtplurimū vltra hoc tps in matrice vt ipſe declarabit infra. Ariſto. tñ ponit. 9. de hyſto. ꝙ mulier aliqñ portat vſꝙ ad. 11. mēſē: ꝛ Auic. recitat in ſuo. 9. de aīalibus. ꝙ quedam mulier peperit in quartodecimo menſe: ſed q2 hec rariſſime accidūt: ideo nō fecit hic mentionē de alio menſe poſt decimū tāꝙ vltimū terminum partus nālis: q2 naturalia ſunt que fiunt in pluribus ꝛ nō vt i paucioꝛib⁹. ſed ppter hoc nō excludit. 7ᵐ ꝛ 9ᵐ: q2 in ſeptimo. ꝛ. 9. viuit etiā puer: vt dicit phs. ſed in alijs mēſib⁹ nō vt in 3° 4° 5° ꝛ 6°. ¶ Ulterius eſt ſciēdum ꝙ ſicut apparet per phm. 9. de hyſto. h eſt dña inter partū hoīs ꝛ aliorum. q2 alia aīalia nō diuerſificant tps partus qḋ conuenit ſue ſpēi. nā equa ſemp parit in determinato tpe: ꝛ canis etiā ꝛ bos ꝛc. ſed tps partus in hoīe multū diuerſificatur: qñ aliquando parit in. 7. aliqñ in. 9. aliqñ in. 10. cauſa aūt h⁹ eſt. q2 maior diuerſitas reperitur inter indiuidua ſpēi humane quo ad ꝯnem ꝛ quo ad modū viuendi ꝙ in alijs aīalibus. nam alia aīalia habent cibum magis ſimilem. ꝛ h etiā eſt cā quare ſic diuerſificatur organizatio in motu ꝛ formatione pueroꝝ ꝛ partus. diuerſificat etiam rōne iſtoꝝ. hinc eſt ꝙ terminus partus nō eſt ſemp idem in oībus: ꝛ ideo dicebat Auic. 3° cañ. ꝛ in ſuo 9° de aīalib⁹. ꝛ Halyabbas 3° ſue theorice diſpoſitionis regalis. cap. de anothomia matricis. ꝙ tēpus part⁹ diuerſificatur ſm diuerſitatem informationis pueri. nam triplex tēpus diſtinguitur in fetu vſꝙ ad tēpus exitus eius ex matrice. pmū quidem eſt tēpus informationis pueri ſiue organizationis pueri. ſcdm eſt tempus in quo mouetur in matrice. 3ᵐ eſt tempus in quo parit. modo ſicut dicit Auicē. 3° cañ. in quocunꝙ tempore formetur puer in duplici illius fit motus eius in matrice: ꝛ in triplo temporis fit motus partus eius: ꝛ talis modus cōputandi: lꝫ non ſemper ſit verus. vt dicit Auic. 9. de animalibus. tamē eſt verus vt in plurib⁹. nunc aūt fetus maſculus: vt ſupra habitum eſt formatur in 35. dieb⁹: ꝛ in alijs. 35. icipit moueri. ſ. in. 70. dieb⁹. mō ter. 70. ſūt. 210. dies q valēt. ſeptē mēſes: ꝛ illi pores erāt. 70. dies q valēt duos mēſes ꝛ. 10. dies. ꝛ ſic ſūt. 9. mēſes: cōputāt⁹ tps iformatiōis: ꝛ tps mot⁹: ꝛ tps ptus ſil. ſi aūt fetus ꝯpleat i 30. dieb⁹. tunc incipit moueri in. 60. dieb⁹: tūc in duplo ei⁹. ſ. in. 90. incipit moueri qui dies ſunt tres menſes ꝛ in triplo trium menſiū oritur. ſ. in. 9. mēſibus. ¶ Alia cā huius diuerſitatis pōt eſſe maior vel minor neceſſitas euētationis caloris extra ventrē ſm ꝙ eſt magis vel minus calꝫ. ¶ Alia cauſa hui⁹ diuerſitatis pōt eſſe magnificatio vel paruitas fetus: vt apparet. 4. de gñatione aīaliū. nam maiora aīalia pluri tēpore portāt vt equus per vnū annū. elefas per duos annos. homo per. 7. vel. 9. menſes: ꝛ ſic fet⁹ magnus plus tardat partum: ꝛ paruus minus. vnde dicit Auicen. ꝙ mulier que peperit in. 14. menſe peperit filium valde magnum.

Fundación Uriach

SEd tũc dubitaret aliq̃s ꝑꝑ quid fet⁹ in.8.
mẽſe nõ viuit: nec ẽt i.6. in.7.aũt
⁊ 9⁰ ſic. Et vr̃ ſaltiꝫ ꝙ in.8.mẽſe debeat plꝰ vi
uere q̃̃ in 7⁰. qꝛ mẽſis non⁹ eſt termin⁹ pt⁹ ma
gis nãlis q̃̃ aliq̃s alius ſpẽi hũane cũ accidat vt
in plurib⁹.mõ mẽſis 8⁹ magis ꝓpinquat 9⁰ menſi q̃̃ ſepti
mus.cũ g̃ in 9⁰ vtplm viuãt videt̃ ꝙ nati in.8.mẽſe magl
debeãt viuere q̃̃ in 7⁰. ¶ P̃. videm⁹ ꝙ nati in.10.viuũt: ⁊
cũ decim⁹ excedat nonũ mẽſeꝫ in vno mẽſe: eodẽ mõ vr̃
ꝙ deberet viuere in.8. qui deficit a nono mẽſe ẽt in vno
mẽſe.nã ſupabũdantia ⁊ defectus ad eaſdẽ d̃rias ducũt.

**In oppoſitum** huius ſunt auctores noſtri et ſenſus.

**Ad hoc** dõm ꝙ inter iſtos termios q̃ ſunt aſ.10.mẽ
ſem ſoluꝫ ſeptim⁹ ⁊ non⁹ eſt nãlis.8.aũt ⁊.6.
ſunt innãles.⁊ iõ in eis nõ viuũt pueri. Et rõ h⁹ conſueuit
duplex aſſignari vna ſumitur ex nã particulari.alia vero
ex nã vlı. ¶ Rõ aũt ſumpta a nã particulari eſt philoſo
phica magis que extrahit̃ ex dictis Auic.3⁰ can.ca⁹ de ge
neratiõe embriõis: ⁊ ex dictis Alyabbatis 3⁰ theorice di
ſpõnis regalis.ca⁹ de anothomia matricis. qꝛ puer natus
in vtero ſemꝑ petit exitũ in.7. mẽſe vel in.9.ſi ergo oriat̃
in.8.menſe: aut h̃ eſt: qꝛ retardat̃ a.7.mẽſe: aut qꝛ accele
rat ante.9. menſeꝫ. Si aũt oriat̃ in.8.menſe. qꝛ retardat̃
a.7.tunc hoc nõ eſt niſi ꝓpter debilitatẽ virtutis eius nõ
potentis oriri in.7.ex debilitate virtutis nutritiue.debili
tas aũt nutritiue eſt cauſa mortis: ⁊ iõ cõtingit ꝙ tũc mo
ritur. Si aũt oriat̃ in.8.menſe: qꝛ acceleret motũ: tunc vt
dicit Auic. ⁊ Alyabbas h̃ nõ eſt: niſi qꝛ nã nõ potuit eum
ꝓducere in.7.ſed reſeruauit ad.9.mẽſeꝫ. ſed cũ ibi fuerit
dolor ⁊ pena ⁊ labor in puero ꝓpter quã paſſionẽ cõtinge
bat mori niſi liberaret̃ non potens liberari in tam paruo
tẽpore ſicut a.7. vſq; ad.8.iõ ſi in octauo orit̃ morit̃ ⁊ non
viuit.ſi aũt differat vſq; ad.9.menſem: qꝛ in tanto tẽpore
põt liberatus eſſe: iõ in.9.natus põt viuere: ⁊ h̃ eſt rõ ſum
pta a natura particulari.cauſa aũt ſumpta a cauſa vlı que
eſt aſtrologa magis: ẽ duplex. vna que ſumit̃ ex partu vt
partus inſequit̃ motuꝫ ſolis. ¶ Scõa ſumit̃ ex partu vt
inſequit̃ virtutẽ oĩuꝫ planetaꝝ qui in gn̄atione fetus do
minant̃. Prima cã eſt.qꝛ partus eſt quedã criſis que aſſi
milat̃ criſi cronice inq̃ꝫtũ inſequit̃ aliquã diſpõnẽ lõgaꝫ.
modo ſicut apparet per Gal.3⁰ de creticis.criſis diſpõnuꝫ
longaꝝ inſequit̃ motũ ſolis ⁊ fit ſm periodos menſiuꝫ:
ſicut criſis acutarũ inſequit̃ motũ lune ⁊ fit ſm periodos
dierũ.cum ergo partus ſit criſis diſpõnis longe inſequit̃
periodũ menſiuꝫ. qualis ergo accidit criſis ſm motũ lu
ne ⁊ periodos dieꝝ in die.6.⁊.8.⁊ in.7.⁊.9.talis accidit ſꝫ
motũ ſolis in periodis menſiuꝫ in menſe.6.⁊.8.⁊ in men
ſe.7.⁊.9.nunc aũt in die.6.⁊.8. vt in plurib⁹ accidit criſis
ad malũ ⁊ ad mortem: in.7.aũt ⁊.9.vt in pluribus accidit
ad ſalutẽ ⁊ vitam: vt apparet 3⁰ de creticis. g̃ etiaꝫ partus
fetus in.6.⁊.8.menſe vtplm erit ad mortem: in.7.aũt ⁊.9.
vtplurimũ erit ad vitã. ¶ 2ᵃ cauſa ſumpta ex natura vlı
rõne planetaruꝫ qui dñant̃ in gn̄atione ⁊ ortu fetus eſt h̃
ſm quoſdã aſtrologos qñ accidit coniunctio ⁊ copulatio
menſtrui mulieris cũ ſp̄mate viri.quilibet planeta dñat̃
ſuo menſe ſuper fetũ incipiẽdo a ſaturno ⁊ deſcẽdẽdo vſ
q; ad lunã: ⁊ poſtea reincipiendo a capite ⁊ ſic per ordinẽ.
in p̃mo g̃ mẽſe gn̄õnis pueri dñat̃ ſaturn⁹.qꝛ cũ mẽſtruuꝫ
ſit fluidũ ⁊ liquidũ a p̃ncipio indiget coagulatiõe ⁊ fixio
ne.nũc aũt nã ſaturni eſt frigida ⁊ ſicca vt ponit̃ ab aſtro
logis.de rõne aũt talis eſt coagulare: iõ indiget p̃ puer fa
bricatiõe ſaturni.in 2⁰ võ mẽſe dñatur iuppiter qui ponit̃
calidus ⁊ hũidus de cu⁹ rõne eſt dare vitã.cũ vita ſtet in
ꝓportiõe calidi ⁊ hũidi.in 3⁰ menſe dñatur mars q̃ ponit̃
calidus ⁊ ſiccus: ⁊ qꝛ in 3⁰ mẽſe oꝫ formare oſſa: vt ſint ſu
ſtentamentũ toti⁹ corporis que q̃dẽ oſſa fiũt a calo aſſan
te: iõ tũc eget nã ꝓprietate martis.in 4⁰ aũt mẽſe dñatur
ſol qui eſt p̃n^m virtutis vitalis: ⁊ tũc apparẽt opa vite ma
nifeſte.qꝛ incipit moueri manifeſte: ⁊ tũc eſt virt⁹ cordis
magis in ſuo vigore ⁊ poteſta: e.in 5⁰ aũt mẽſe dñat̃ ven⁹.
qui eſt p̃ncipiũ appetitiue virtutis ⁊ eſt calidus ⁊ hũidus
cuius nã ꝓportionat̃ ꝯni ſpũuꝫ ⁊ nutrimenti cordis ⁊ to
tius corporis.6⁰ aũt menſe dñatur mercurius: ⁊ tunc inci
pit ei copulari aliq̃ diſpõ ad cognitõeꝫ: qꝛ eſt p̃n^m ſciarũ ⁊
artificioꝝ.in.7.võ dñat̃ luna q̃ eſt hũida: ⁊ qꝛ hũidum eſt
cõueniẽs nutrimentũ vite ⁊ eſt ꝯpletũ dñiũ.7.planetaꝝ.
iõ ſi oriat̃ fetus in 7⁰ põt viuere. Si aũt oriat̃ ante.7.mẽ
ſem nõ viuit vtplm.qꝛ nõ eſt cõpletũ adhuc dñiuꝫ oĩum
7.planetaꝝ que regnant̃ ad vitã.in.7.aũt ſic.q̃re ⁊c̃. Et qꝛ
planete nõ ſunt niſi.7.ideo poſt dñium planete ſeptimi ⁊
inferioris.ſ.lune reincipit dñari ſaturnus in.8.mẽſe: ⁊ qꝛ
ſaturnus eſt frigidus ⁊ ſicc⁹: ⁊ p̃ ꝯñs vite inimicus: qꝛ vita
ſtat cũ calido ⁊ hũido: iõ nat⁹ in.8.mẽſe nõ viuit. ⁊ qꝛ poſt
ſaturnũ dñat̃ iuppiter in.9.mẽſe: qꝛ eſt nãe calide ⁊ hũide
⁊ vite amicus: iõ in.9.mẽſe vtplm viuit. ¶ Sꝫ aduertẽ^m
ꝙ q̃̃uis dcm̃ ſit ꝙ puer nõ viuit in.8.mẽſe h̃ hꝫ veritatem
vt in pluribus: tñ aliqñ ꝯtingit ꝙ viuit in.8.mẽſe. vñ dicit
phs 9⁰ de hyſto.aĩaliũ.ꝙ apud egyptũ fuit quedã mulier
que pepit in.8.mẽſe ⁊ vixit puer. Et cã hui⁹ potuit eſſe: qꝛ
qñ mulier dꝫ parere in.7.menſe ⁊ differt̃ ad.8.poſe eſt ꝙ
mater ſit bñ ꝯnata.⁊ ꝙ puer ſit bñ viuax: lꝫ habuerit ali
quã paſſioneꝫ: ⁊ iõ põt liberari in vno mẽſe.ſ.in.8.dato ꝙ
nõ differat vſq; ad nonuꝫ.tñ h̃ eſt vt in paucioꝛib⁹: ſed vt
in pluribus moriunt̃ in.8.ſimilr̃ etiaꝫ q̃uã q̃̃ dcm̃ ſit ꝙ in
nono viuãt: h̃ tñ eſt vt in plurib⁹. ſed aliqñ cõtingit ꝙ ẽt
morit̃ in 9⁰ ꝓpter aliquã cãm nõ nãlem ex qua tũc rum
punt̃ pãniculi: vel ẽt naturalẽ.nam cũ partus ſit quedam
criſis vt dictũ eſt: ſicut in die.7.vel.9. põt aliqñ accidere
criſis mala ⁊ mors non ratione dici de ſe: ſed ratione alte
rius male diſpõnis: ita etiaꝫ in menſe.7.⁊ nono põt aliqñ
accidere mors. ¶ Et ex his patet ſolutio ad rationes in
oppoſitum. ¶ Deinde cum dicit.

¶ **Sed quicũq; opinati ſunt habere puerũ tp̄s plus.x.menſibus.iam.n.multotiens hoc audi ui: extraxerũt hoc mõ quo debeo dicere.**

¶ Hic ponit opinionẽ quoꝛũdã. Et p̃mo facit hoc. 2⁰ oſten
dit cãm deceptiõis eoꝝ.2ᵃ ibi.(Qñ matrices acceperit.)
In p̃ma pte dicit ꝙ quicunq; ſunt opinati pueri hr̃e plus
tp̄s q̃̃.x.mẽſes. ſup.tales aliqñ errãt: ⁊ ꝙ aliqui ſint tales
cõfirmat dicens.iam.n.audiui multotiens.ſup.tales opi
nantes: ꝙ illi extraxerunt.i. ſic opinati ſunt. hoc mõ quo
debeo dicere.i.⁊ errauerunt ꝓpter cauſam quã ſtatim di
cam tibi. ¶ Deinde cum dicit.

¶ **Quãdo matrices ſp̄m acceperũt in ſeipſas a ventre vẽtoſitatẽ p̃hẽte inflabunt̃. ſi.n.hoc poterant vel putãt vti mulieres ad ſe habere: tunc ⁊ ſi menſtrua nõ extra cõuertant̃ in matricibus ⁊ fuerint diuturnioꝛa: ſemꝑ defluunt in matrices: eſt quideꝫ quãdo a vẽtoſitate que eſt a vẽtre.eſt aũt q̃ñq; ⁊ calefacta.ſed etiã tũc in vtero putãt habere mulieres tanq̃̃ mẽſtruis nõ egredientib⁹ ⁊ matricibus inflans: deinde quãdo mẽſtrua rumpunt̃ ſpontanea: aut aliȷs ſuperdeſcẽdentibus ad matrices ⁊ ducẽtibus deorſuꝫ prioꝛa: ⁊ ventoſitas egreſſa eſt.**

¶ Hic oſtendit que eſt cā quare iſti putabāt ꝙ mulier tardet partū vltra decimū menſez:cū tñ ſm veritatē pariat in nono menſe.⁊ p̄mo p̄mittit quedā vtilia ad ꝓpoſituz. 2° declarat ꝓpoſitū.ſcđa ibi.(Et multis itaqꝫ confeſtiz.) In p̄ma pte dicit ꝙ qñ matrices acceperint in ſeipſis ſpiritum.i.ventoſitatē:inflabunt a ventre p̄bente ventoſitatem.i.a ſtōaco in quo generat̄ ventoſitas que mittitur ad matricē.fit.n.hoc.i.pōt accidere hoc vtiqꝫ ꝑ ēt:qꝛ mulieres.i.matrices poterunt a ſe hr̄e ventoſitatez:⁊ tunc ſi menſtrua nō exītia.i.nō egredientia ↄuertant̄.i.detineātur:in matricibus ⁊ fuerint diuturniora.i.⁊ longo tēpore retineant̄:ſemꝑ defluunt in matrices.ſupp. ⁊ tunc ex eis fit aliqñ mola:eſt quidē quādo ventoſitate que eſt in vētre.ſup.inflatur matrix:eſt aūt quādoqꝫ.ſup.matrix:calefacta.ſup.ex ſe:ita ꝙ de ſe generat ventū.ſed aūt: pro tūc putant mulieres hr̄e in vtero:tanqꝫ mēſtruis nō egrediētibus ⁊ matricib⁹ inflatis.ſup.⁊ hoc eſt quādo adeſt mola dictū eſt.i.contingit:quādo.i.aliquādo: ꝙ mēſtrua rūpuntur ſpontanea.i.a nā:aut alys.ſup.cauſis:ſemꝑ deſcēdentibus.ſup.menſtruis ad matrices:⁊ ducentibus deorſum.i.extra pora.ſ.menſtrua detenta:⁊ ventoſitas.egreſſa eſt.ſup.⁊ tunc ceſſat inflatio.ſup.⁊ ex hoc accidebat deceptio:qꝛ putabat ſe eſſe p̄gnantē ⁊ nō erat. ¶ Juxta iſtā partē aduertendū ꝙ intentio Hypo.in his verbis eſt habere ꝙ aliqñ cōtingit diſpō in matrice que eſt ſimilis diſpoſitioni mulieris p̄gnantis.ſ. qñ inflat̄ matrix ⁊ auget̄ ⁊ detinent̄ menſtrua. naꝫ poſſibile eſt ꝙ infletur matrix ex ventoſitate contenta in ea ⁊ cōſtringat̄ circa eam:ſiue illa ventoſitas generet̄ a calore ꝓprio vel extraneo calore generet̄ in alio.ſ.in ventre.⁊ tranſmittat̄ ad matricez: ⁊ tunc ſi retineant̄ menſtrua ⁊ nō egrediant̄ putantur ꝙ mulier ſit grauida ⁊ nō eſt.⁊ nō ſolum pōt h̄ deceptio fieri ex ventoſitate incluſa in matrice. ſed etiā ex ſpermate mulieris detento.⁊ ideo Auicē.in 9° de aīalibus.⁊ 3° cañ. dicebat ꝙ aliquādo accidit gnātio in matrice hoc mō.qꝛ menſtruū aut ſperma mulieris cōuertit̄ in molā carneā. ¶ Propter qđ ſciendū ꝙ ſicut appꝫ per Auic.3° cañ.duplex eſt mola.ſ.vera ⁊ nō vera.mola non vera eſt qñ matrix apparet inflata ⁊ retinent̄ menſtrua:⁊ h̄ pōt fieri vel ex ſola hūiditate ⁊ caliditate vel ex ſola ventoſitate cauſata ex caliditate vel matricis vel alterius membri circūſtantis:⁊ tunc cura eius ⁊ remotio fit cum remouentib⁹ ⁊ diſſoluentibus ventoſitatē. ¶ Alia eſt mola vera.ſ.quādo in matrice generat̄ aliquid qđ peruenit ad formā carnis:nō tamē peruenit ad formā fetus:⁊ h̄ mā aliqñ generatur in coytu vt quādo mulier eſt calida ⁊ vir frigidus ⁊ ſpermatizat anteqꝫ vir.⁊ tūc matrix recipit ꝓpriū ſperma ⁊ circa illud cōuertit̄ ⁊ conſtringitur: ⁊ poſtea reſpuit ſperma viri:⁊ tunc attrahit ſanguinez ⁊ auget̄ ⁊ cōuertit̄ in carnem que dicit̄ mola carnea. ⁊ tunc mulieres decipiunt̄ ⁊ putāt ſe eſſe p̄gnantes ⁊ nō ſunt.aliqñ aūt accidit ex eo ꝙ mulier ſomniat ⁊ ſpmatizat in ſeipſa:⁊ illud ſperma retinet matrix:⁊ tunc ſi in matrice reperiat̄ caliditas tēperata conuertit̄ id ſperma in carnē ⁊ augetur a ſanguine menſtruo ꝓcedente ex venulis matricis que ptingūt vſqꝫ ad illud fruſtuz carnis. aliquādo aūt generatur hoc fruſtū carnis ex ſanguine menſtruo ſolum qđ patitur indigeſtionez ⁊ retinet̄ in matrice ⁊ indureſcit aliqñ in tm̄: vt dicit ph̄us 4° de gnātione aīalium. vt vix poſſet ſcindi cū ferro.ita ꝙ pōt ibi generari mola vera ſine ſpermate ⁊ deuenire ad formā carnis; qꝛ vt ibi dicit ph̄s mulier pōt generare ex ſe vſqꝫ ad aliqđ ſi in ipſa ſit caliditas conueniens ⁊ mā:ſicut videmus ꝙ in matricibus gallinaruꝫ generant̄ oua ſine eo ꝙ calchentur a gallo que dicuntur oua ſterilia.ita etiā mulier pōt generare aliquid ex ſeipſa ⁊ non eſt inconueniēs ꝙ in ea generet̄ aliquid animatū anima vegetatiua:nō tñ anima ſenſitiua: ⁊ ideo mola nō eſt aliqđ nāle:ſed p̄ter nām. ¶ Et ex h̄ appꝫ que ſit mola nō vera.ſ.que fit a ventoſitate vel humiditate ſola:qñ aūt vlterius fit carnis gnātio ſine aliqua organizatiōe dicitur mola vera:⁊ h̄ eſt qđ dicit Hyppo.qꝛ.ſ.inflatur matrix ⁊ mēſtrua retinentur: ⁊ tunc mulieres apparent pregnantes ⁊ nō ſunt. ¶ Deinde cum dicit.

¶ Et multis itaqꝫ confeſtiz poſt purgationem matrices aperte ſunt. ⁊ ad teſticulū ↄuerſe ſūt ⁊ coeuntes cū viris mulieres cōceperūt ad ſe eodē die aut ſimul paucis diebus:putāt autez mulieres inexperte haꝝ rōnū ⁊ cāuz illo tempore in ventre habere tūc qñ mēſtrua nō egrediebant̄ ab ipſis ⁊ matrices inflate erāt.

¶ Hic declarat ꝓpoſituz:⁊ dicit. ⁊ multis itaqꝫ.ſ.mulieribus.cōfeſtim poſt purgationē menſtruoꝝ.ſup.taliū. matrices ſunt conuerſe.ſ.ad diſpōnem nālem:⁊ cōuerſe ſunt ad teſticuluz.i.ad actum teſticulorū qui eſt actus generationis.ſ.recipiendo ꝓprium ſperma:ita ꝙ tunc putāt eſſe p̄ncipiū generationis vel ip̄regnationis ⁊ nō eſt: ⁊ coeuntes tunc mulieres cum viris cōceperunt a ſe ipſis eodem die aut ſimul in paucis diebus. ſup. ⁊ poſtea per aliqđ tēpus matrix eycit ſperma mulieris ⁊ recipit ſperma viri: ⁊ tunc incipit generatio pueri : ⁊ ſic decipiūtur mulieres: aūt pro quia:mulieres etiā ex parte harū rōnum ⁊ cauſꝫ. ſup.nunc dictarū:putant illo tēpore.ſ.in p̄ori tēpore quādo retentū fuit ꝓpriū menſtruū:hr̄e in vētre.ſup.cum tñ adhuc nō hēant ⁊ putāt hoc maxime.ſup. qñ mēſtrua nō egrediebant̄ ab ipſis ⁊ matrices erāt inflate. ¶ Et notādūz ꝙ h̄ dcm̄ cōſonat ei qđ dicit Ax.9.de hyſto. aīaliuz. dicit.n.ſic.multotiēs.n.ſpumoſis factis matricib⁹ añrius poſt hoc aūt appropinquātes ⁊ cōcipiētes illud putāt eſſe p̄ncipiū cōceptiōis per qđ viſe ſunt ſignis ſilib⁹ ⁊c̄.

Quod autem nō eſt diuturnū.x.menſibus habere in vtero dicam.

¶ Poſtqꝫ oñdit q̄ ſit cā part⁹ tam p̄ncipalis qꝫ imediata: ⁊ tā ex parte pueri:qꝫ etiā ex pte matricis:oſtēdit etiā qđ eſt tp̄s part⁹ nāle: qꝛ vltimū tp̄s in quo egredit̄ a matrice dixit eē decimū mēſem. In pte iſta aſſignat cām dcōrū.ſ.q̄re part⁹ nālis non extendit̄ vltra tp̄s.x.menſiū. Et duo facit.qꝛ p̄ facit hoc. 2° ꝓpoſitū declarat.2° ibi.(Nutrimētū ⁊ augmētū.) In p̄ma pte dicit.ego aūt dicā.i.declarabo.ꝙ mulierez.ſup. hr̄e in vtero.ſup.fetū nō eſt diuturnius.x.menſib⁹. ¶ Ex qbus verbis appꝫ ꝙ termin⁹ lōgior part⁹ nālis eſt decimus mēſis nō ꝙ ꝑ h̄ excludat gn ſeptimus vel non⁹ ſit ēe nālis.ſed qꝛ nō ſunt termin⁹ vltim⁹:iō nonus mēſis eſt magis nālis termin⁹ aliquo alio.Cui⁹ rō eſt.qꝛ nālia ſunt q̄ accidūt vt in plurib⁹.nūc aūt in pl̄ib⁹ accidit part⁹ in.9. mēſib⁹ qꝫ i alys. q̄re ⁊c̄. ¶ Jtē ꝑ h̄ ēt nō excludit gn pt⁹ poſſit eē nālis in termio lōgiori:ſic dicit ph̄s ꝙ q̄dā pepit in q̄rtodecimo.tñ qꝛ ille termin⁹ accidit vt in pauciorib⁹: iō Hyp.ſolū poſuit.x.mēſez vt.ſ.dicebat̄. ¶ Deiñ cū.d.

¶ Nutrimentū ⁊ augmentū quidē a matre deſcendēs nō ampli⁹ ſufficiens puero eſt.quādo x.menſes aduenerint ⁊ embrio augeat̄. attrahit.n.ad ſe ſanguinē dulciſſimū: pariter aūt ⁊ a lacte auget̄ paꝝ:cū aūt ipſi rariora h̄ fiunt: ⁊ groſſior exiſtēs puer petens plus nō exīte nutrimento calcitrat ⁊ pāniculos rumpit.

¶ Hic declarat qḋ ꝓpoſuit. Et tria facit. q̄ primo oſtendit cām quare partus nālis nō tranſgredit̄ .x. mēſes. 2° q̄ circa decimū menſes accidit diuerſificatio partus. q̄ aliqñ aduenit circa pncipiū decimi mēſis: ⁊ aliqñ circa mediū. ⁊ aliqñ circa finē oſtēdit cām illius diuerſitatis: ⁊ 3° cōcludit ꝓpoſitū pncipale declaratū. 2° ibi (Et mulieres primo pariētes.) 3° ibi. (Hac aūt rōne.) Juxta primā partē notādum ꝙ Hypo. in his verbis aſſignat cām q̄re part⁹ nālis nō ꝓlongat̄ vltra decimū menſes. Propter qḋ intelligendū ad cōplete intelligēdū dcm̄ Hypo. ꝙ ſicut ſupra dicebat̄ cā q̄re mulier nō portat fetū vltra .x. mēſes ē duplex. vna eſt ſūpta ex parte nāe. 2ª eſt ſumpta ex parte opationis nāe. cām quidē ſumptā ex parte nāe tangit hic in littera. ⁊ eſt defectus nutrimēti fetus circa .x. menſes: quem defectū ſentiēs fetus calcitrat ⁊ rūpit pāniculos: quibus ruptis exit fetus ex matrice: ⁊ ꝙ h̄ cā ſit ſumpta ex parte nāe ſatis appet: q̄ nutrimētū ſe tenet ex pte nāe. ¶ Cā aūt hui⁹ cauſe. ſ. q̄re tūc deficit nutrimentū eſt duplex: vt Hyp. inſinuat. vna eſt: q̄ fetus exiſtēs in vtero nō nutrit̄ ex quocūq̧. ſed ex dulci. naꝫ ſicut appet per Gal. in .4. de ſimplici medicina. ſolū dulce ē natū nutrire. ⁊ q̄ ſanguis talis deficit puero magnificato in matrice vltra .x. mēſes: iō vltra .x. menſes nō ſtat fetus in matrice. ⁊ hanc primam cāꝫ tangit cū dicit. attrahit. n. ad ſe ſanguinē dulciſſimū.

2ᵃᵐ cām tangit ſtatim poſt cum dicit. pariter autē. ⁊ ſtat ſcḋa cā in hoc. q̄ in ꝓceſſu tēporis ip̄gnationis nā deriuat ſanguinē purū ex matrice ad mām̄illas ꝓpter finē. ſ. vt fetus nutriat̄ extra matricē ex lacte gn̄ato ex ſanguie tranſmiſſo ad mām̄illas ex matrice: eo ꝙ in matrice non pōt fetus hr̄e totū eius cōplementū. q̄ lac eſt cib⁹ magis ꝓportionalis ipſi puero q̄ eſſe poſſit: eo ꝙ generat̄ ex ſanguine mēſtruo ex quo nutriebat̄ fetus in matrice: operationes. n. nature ſunt ordinate ⁊ paulatine. q̄ ḡ circa decimū menſes vel ante multū deriuat̄ de ſanguine puro ex quo debebat puer nutriri ad mām̄illas: ideo tunc deficit nutrimentū puero circa matricē: quē defectū puer percipiens ⁊ appetens multū calcitrat ⁊ calcitrādo rumpit pāniculos quibus ruptis egredit̄ foras. Scḋa aūt cā exitus fetus ex matrice: quā nō ponit expreſſe: ſed innuit ipāꝫ ſumitur ex parte opationis nāe: ⁊ h̄ merito. q̄ partus cum ſit quedā opatio nālis: ideo periodus qui cōtingit in ipſo pncipaliter ad opationē nāe dꝫ referri: nunc aūt in periodis cōcurrit motus duplicis nāe. ſ. nāe vlis ⁊ nāe particularis: ⁊ ſꝫ hoc accidit ꝙ periodus partus diuerſificat̄: ita ꝙ quidā ſit in .7. menſe quidā in nono. quidā vero protellat̄ ad decimū: ⁊ aliqñ ad vndecimū: ⁊ ſm̄ h̄ accidit ꝙ tēpus partus correſpōdet tēpori formatiōis fetus: ſm̄ quē modū: dicit Auicen. 3° can̄. cap° de gn̄atione embrionis: ⁊ Halyabbas 3° theorice. cap. de anothomia matricis. ꝙ tēpus motus eſt duplū ad tēpus formatiōis fetus. tp̄s vero partus ſit poſt triplicationē temporis illius: ita ꝙ ſi puer formetur in .30. diebus: tunc mouebit̄ in .90. qui ſunt tres menſes. ⁊ tunc in triplo eorūꝫ oritur. ſ. in .9. menſe: ⁊ ſic de alijs: lꝫ non ſit omnino in hoc ſimilitudo: vt dicit Auic. in ſuo 9° de animalibus. ¶ Deinde cum dicit.

¶ Et mulieres primo parientes h̄ patiunt̄ magis: deficit. n. nutrimentū pueris ad ſufficiētiā vſq̧ ad .x. mēſes. plus deficit aūt his ꝓpter h̄. ſunt aūt h̄ que purgant̄ a menſtruis plurimis. alie vero paucioribus hoc aūt ſemp ſit: ⁊ nāe ⁊ in genere matricū eſt: que aūt mēſtrua modica tranſmittūt: nutrimētū rarius ſe p̄bēt pueris vltimo tēporis: quādo vtiq̧ ergo ſuperiori nutrimēto indigēt faciūt calcitrare: ⁊ ante .x. menſes egredi. paruꝫ eni ab ipſis egredit̄ ſanguis: ſic aūt in plus accidit ⁊ ſine lacte magis eē has mulieres que modica menſtrua mittūt: duriores enim carnis ⁊ denſe carnis ſunt.

¶ Hic oſtēdit cām quare dato ꝙ partus nō extendat̄ vltra .x. menſes: tn̄ accidit diuerſificatio partus circa illud tp̄s. q̄ aliqñ accidit partus in fine decimi mēſis: aliqñ in medio: aliqñ in pncipio: aliqñ in fine noni. ⁊ dicit. ꝙ de numero mulierū ille que ſunt primo pariētes. i. que citius pariunt: patiunt̄ hoc. ſ. ꝙ minus multiplicant nutrimentuꝫ pueri. magis. ſupp. q̄ patiantur h̄ tarde parientes. deficit eniꝫ. ſup. in eis citius. nutrimentū pueris ad ſufficientiaꝫ ad plus vſq̧ ad .x. menſes. tunc ponit aliam cām: deficit aūt. pro etiaꝫ. ſup. nutrimentum. ꝓpter hoc. i. ꝓpter hanc cām. aūt pro q̄. de numero mulierū ſunt. ſup. quedā que purgantur. a plurimis. ſup. menſtruis. ⁊ iſte multiplicant multū de menſtruo circa matricē: ex quo nutritur ⁊ augetur fetus. alie vero paucioribus. ſ. menſtruis purgant̄. h̄ aūt ſemper ſit in nā. i. ex ꝯ̄ne naturali. ⁊ eſt in genere. i. ex diſpōne matricū. que aūt tranſmittunt modica mēſtrua hoc p̄bent pueris nutrimentuꝫ rarius. i. paucius. in vltimo tēporis quādo vtiq̧ indigent. ſup. pueri. nutrimento groſſiori. ſupp. q̄ prius. faciunt calcitrare ⁊ egredi. ſup. ex matrice ante .x. menſes. enim pro q̄. parū ſanguinis egredit̄ ab ipſis. ſup. ad fetū. ſic aūt ⁊ in plus. i. ſm̄ plurimū accidit ⁊ ſine lacte. i. cū modico lacte: vt dictū eſt ſupra. magis eſſe has mulieres que mittunt modica menſtrua: duriores eniꝫ carnis ſunt. ſup. q̄ alie: ⁊ denſe carnis: ita ꝙ dēſitas carnis eſt cauſa paucitatis mēſtruorū. ¶ Ad euidētiam hui⁹ partis eſt intelligenduꝫ ꝙ Hypo. in his verbis vult nobis oſtendere cauſam quare accidit diuerſitas in forma partus circa .x. menſes: quia lꝫ decimus menſis ſit terminus vltimus partus naturalis: tamē quedā pariūt in fine: quedam in medio: quedā in pncipio. Ratio autē hui⁹ diuerſitatis non eſt ſumpta ex parte nature de ſe: q̄ nā ſemp ordinate: ⁊ eodē modo ꝓcedit de ſe. ſed ſumitur ex parte nāe. nam omnis inordinatio ſumitur ex parte materie in periodis vel alti: vt Gal. circa pncipium tertij de creticis. ⁊ ideo dicebat̄ primo de feb. ꝙ ordo in periodis feb. ſumitur ex operatiōe nature. ꝙ aūt ſit diuerſitas in periodis fe. tertiane vel quartane vel quotidiane non eſt: niſi quia ſiūt ex diuerſis hu. ſed rōne nature de ſe ſemper eſſet idem ordo in eis: vt dicit Auic. quarto can̄. ⁊ eodem modo cum partus ſit operatio nāe de ſe ſemp in eodem periodo fieret: ſed ꝙ accidat h̄ diuerſitas eſt ex parte materie pu. ex parte nutrimenti pueri. nutrimentū eni ſe tenet ex parte nāe: ⁊ hec eſt cauſa diuerſitatis partus: quā hic ponit Hypo. nam ille mulieres in quibus deficit nutrimentū citius puero in matrice citius pariunt. ⁊ ille in quibus tardius deficit tardius pariūt. cā aūt q̄re quibuſdam mulieribus citius vel tardius deficit nutrimentum. hic aſſignat̄ ab Hypo. duplex. prima eſt ſumpta ex cōſuetudine pariendi. nam in illis mulieribus citius deficit nutrimentū que nō ſunt cōſuete parere: eo ꝙ in eis minus deriuatur de ſanguine ad matricem ex quo debet nutriri q̄ in cōſuetis: ⁊ per ꝯ̄ñs citius deficit nutrimētuꝫ eis ⁊ citius pariūt ⁊ hoc merito: q̄ ſicut apparet per Gal. circa finem ſexti de interioribus operatio frequens mēbri attrahit ſanguinē multū ⁊ nutrimentū ad ipm̄: ꝓpter qḋ dicit ꝙ virga magnificat̄ in vtentibus multo coytu magis q̄ in alijs: ⁊ Auicen. dicebat tertia fen. primi canonis. ꝙ aſſuetus exercitari ſi exercitium derelinquat cadit in



fundación Uriach

ethicam.cum ergo partus ſit exercitiū ꝛ motus quidā: ideo que ſunt magis cōſuete īpregnari magis hn̄t de nutrimento fetus: ꝛ per ꝯñs tardius pariunt. q2 lōgiori tp̄e pōt in eis ſufficiēter nutriri: ꝛ que ſunt minus cōſuete citius pariūt. ℂ Alia cā eſt ſūpta a re nāli: vt illa mulier q̄ magis abūdat mēſtruis magis h3 de nutrimento fetus: ꝛ que minus abūdat minus h3 de nutrimento. ꝛ per ꝯñs citius parit. nūc aūt ſanguis mēſtruus eſt nutrimentū fet⁹: nō tñ quicūq3 ſanguis menſtruus. ℂ Propter qđ notandū3 q̄ ſanguis menſtruus pōt mihi duo noiare. vno⁹ pōt accipi ſtricte: ꝛ tūc ſolū īportat illam ſuperfluitatem que egredit̄ quolibet menſe a muliere: que eſt ſanguis impurus ꝛ feculentus: ꝛ talis ſanguis menſtruus nec eſt mā generationis nec eius nutrimentu3. ꝛ talis eſt qui cōſeruat̄ tēpore part⁹: ne aperiatur os matricis ꝛ fiat aborſus: ſed expellit̄ poſtea cōtinue poſt partū vſq3 ad. 30. dies in pariente maſculū vel. 40. in pariente femellā3: vt ſupra dicebat̄. ℂ Alio mō pōt accipi ſanguis mēſtruus large pro omni ſanguine puro vel īpuro qđ requirit̄ ad gn̄ationē3 vel nutricationē fetus qui deriuat̄ ad matricem. ꝛ h̄ mō ſanguis menſtruus dicit̄ nutrimentū fetus q̄tū ad partē purā: que eſt in eo. modo illa mulier que h3 plus de menſtruis ꝛ de lacte. ſignū eſt etiā q̄ h3 plus de ſanguine bono ꝛ laudabili. ſ. mēſtruo. q2 ſuꝑfluitas proportionari d3 ei qđ eſt purum ſm̄ nām vt cōtingit in egōne ꝛ vrina: ſed in diſpōne innāli id non oportet. q̄ aūt vna mulier plus habeat de nutrimēto q̄ alia pōt cōtingere ex duobus: vt Hyp. inſinuat in littera. q2 vel cōtingit ex parte diſpōnis ſube matricis: vl̄ ex parte ꝯ̄nis. ex parte quidē ꝯ̄nis naturalis: q2 mulier calide ꝛ humide ꝯ̄nis multum abūdat in ſanguine menſtruo. mulier aūt ſicce ꝯ̄nis ꝛ vehementis caliditatis pau̅ hab3: adeo q̄ aliq̄ tales ꝑuant̄ mēſtruis: vt dicit ph̄s 2° de gn̄atiōe aīaliū. ꝛ ideo mulieres calide ꝛ humide ꝯ̄nis tardius pariūt: ſicce aūt ꝯ̄nis calide vel frigide minus abundant menſtruis ꝛ nutrimēto fetus: ꝛ iō citius pariunt. ℂ Alia cā ſumitur ex diſpōne matricis. q2 mulieres que habēt ſolidas ꝛ denſas matrices paru3 habent de ſanguine menſtruo. quia ꝑpter denſitatē carnis deriuat̄ parum de ſanguine ad ipſas: que aūt habēt matrices raras plus habent de menſtruis ꝛ plus de lacte: et ideo tardius pariunt. ꝛ has omnes cauſas inſinuat in littera. ℂ Deinde cum dicit.

ℂ Hac aūt rōne: q2 deficiēte nutrimēto egredit̄ embrio: niſi aliqua paſſio violēta accidat.

ℂ Hic cōcludit ꝑpoſitū3. ꝛ dicit. aūt ꝑ igit̄. hac rōne. i. ꝑp cām nunc dictā. deficiēte nutrimēto embrio mouet̄ ſiue egredit̄. ſup. ex matrice in tēpore predicto ꝛ nō ante: niſi paſſio violenta accidat. ſup. puero vel matrici: ꝑpter quā puer cogatur exire vel matrix ipſum expellere: vt ſupra dicebatur. ℂ Deinde cum dicit.

ℂ Teſtimoniū aūt eſt auis que fit ex vitello oui hoc modo: accubante matre calefit ouū: ꝛ qđ exiſtit in ouo a matre mouet̄. calefactū aūt qđ exiſtit in ouo ſpūm h3 ꝛ attrahit alium frigidū ab aere per ouū. ouū. n. rarum ita tanq̄ aptum ſpūm attractū ſufficientē ire exiſtēte inferius ꝛ auget̄ auis in ouo ꝛ articulat̄ hoc mō ꝛ ſimili quo ꝛ puer. ſicut ꝛ prius dictū eſt a me. fit aūt ex vitello oui. nutrimētū aūt ꝛ augmētū eſt ab albo qđ eſt in ouo. ꝛ hoc vtiq3 manifeſtu3 eſt oībus factū quicūq3 ꝛ intellectū intendūt.

ℂ Hic declarat quoddā dictū per quoddā ſimile ſenſatū: dixit enim q̄ cā partus eſt calcitratio pueri: ꝛ poſuit q̄ h̄ calcitratio fit quādo deficit nutrimentū. Hic declarat h̄ per ſimile ſumptū in gn̄atiōe aīaliū gn̄atorū ex ouo oſtēdens q̄ ſimili mō fit egreſſio aīalis ex ouo ſicut fit egreſſio pueri ex matrice. ꝛ ꝑpter eandē cā3. Et circa hoc duo facit. q2 p̄mo adducit ſuū ſimile. 2° adaptat illud ad ꝑpoſitū. 2° ibi. (Ita aūt ꝛ puer.) p̄rima in duas. q2 primo vt oſtēdat ſimilitudinē ꝑfecte inter egreſſionē3 auis ex ouo ꝛ aīalis ex matrice: oſtēdit modu3 gn̄onis auis ex ouo. 2° oſtēdit modū egreſſionis auis ex ouo. que quidē egreſſio eſt eius partus. ſcđa ibi. (Quādo aūt deficit nutrimētū) In p̄ma p̄te dicit. teſtimoniū aūt eſt. ſ. q̄ calcitratio ꝛ defectus nutrimenti ſit cauſa partus. q2 auis fit ex vitello oui. hoc mō accubante matre calefit ouu3. ꝛ qđ exiſtit in ouo mouetur a matrice. i. a calore matricis. qđ aūt exiſtit calefactū in ouo h3 ſpm̄. ꝛ attrahit alium. ſ. ſpm̄ frigidum ab aere. per ouum. i. per poroſitatē3 oui. ouum. n. rarū eſt ita tanq̄ aptum ſpm̄ ſufficientē. i. vt ſpūs attractus ſufficienter penetret: ꝛ ire. ſup. poſſit exiſtenti inferius. i. ad ſpiritum qui exiſtit intra ouum ꝛ auget̄ auis in ouo ꝛ articulat̄ hoc modo. ꝛ pro. i. ſimili. ſ. modo: quo ꝛ puer. ſup. dearticulatur in matrice: ſic p̄us dictu3 eſt a me: fit aūt auicula ab albo qđ eſt in ouo: nutrimentū aūt ꝛ augmentu3 ex vitello oui. ꝛ hoc vtiq3 factum eſt manifeſtū omnibus quicūq3 intendūt intellectu. i. omnibus rōnem habentibus. ℂ Iuxta iſtam partē notandū q̄ Hypo. volens declarare per ſimile ea que dixit de partu fetus humani accepit ſimile in animalibus generatis ex ouo. ꝛ p̄mo oſtēdit modū generationis animaliū ouantiu3 vt perfectius oſtenderet modū exitus eorū ex ouis. oſtendens aūt modum gn̄onis eorum tetigit ſimilitudinē quātū ad duo. ſ. q̄tum ad p̄ncipia gn̄ationis aīalis. ꝛ quātū ad id qđ ꝯſeruat generatū. quātū aūt ad p̄ncipia gn̄ationis oſtendit h̄ ex parte duo2. ſ. q̄tum ad p̄ncipiū efficiens: ꝛ quātu3 ad p̄ncipium mālē. quātū quidē ad efficiens. q2 ſicut in gn̄atione hoīs cōcurrit ſpūs gignitiu⁹: ita etiā in gn̄atiōe aīalium generatorū ex ouo. ꝛ hoc p̄ncipiu3. tangit cum dicit. Calefactū aūt qđ exiſtit in ouo ſpūm h3. vnde ſicut ſperma iniectū in matricē calefit ꝛ h3 ſpūm: vt dicebat Hyp. in p̄ncipio hui⁹ libelli. ita etiā in ouo: tñ q2 ouu3 eſt extra matrē ſi d3 calefieri ſpūs incluſus in ouo: q2 eſt debilis caliditatis a p̄ncipio: op3 vt incubetur a matre. ꝛ calefiat vt eius potentialis caliditas reducat̄ ad actū: que caliditas reducta ad actu3 agit in mām pulli: ex qua fit auis: ꝛ non eſt imaginandū q̄ oporteat ouū incubari a matre: q2 mater det ouo p̄ncipiū generationis: eo q̄ mater eſt ſolū p̄ncipium paſſiuū exhibēs mām fetui: vt declaratu3 fuit ſupra. ſatis eni3 poſſent incubari oua ſterilia vt aliquid naſceret̄ ex eis. q2 nunq̄ naſceret̄ niſi femina applicaretur maſculo: ſed in ouo nō ſterili eſt ſpūs gignitiuus incluſus qui eſt p̄ncipium efficiens auicule. ꝛ ideo dicebat ph̄s 3° de gn̄atiōe aīalium. q̄ in ouo eſt tres ſubas reperire. p̄ma eſt p̄ncipiū ſeminale qđ eſt in p̄te acuta oui. ꝛ h̄ eſt loco ſeminis maſculi. ſcđa ſuba eſt vitellū ex quo fit auis. 3ª ſuba eſt albumen ex quo nutrit̄. ſed q2 ouu3 eſt extra matricē infrigidat̄ ab aere: ita q̄ in eo eſt calor modic⁹. ꝛ q2 in generatiōe requirit̄ multa caliditas: ideo op3 q̄ incubent̄ a matre: imo aliq̄ nō o3 q̄ incubent̄ a matre oua aīalium quadrupedū: vt dicit ph̄s 3° de gn̄atione aīaliū. ſed ſufficit q̄ ouū ponat̄ in loco calido. oua aūt bipedū ſic. ꝛ ideo cōtingit q̄ in t̄pe calido: vt ibi dicit Ar. magi gn̄ant̄ aues q̄ in frigido. ꝑp qđ talis incubatio ſolū fit vt calitas ſpūs qui eſt in ouo deducat̄ ad actū per caliditatē acquiſitam ab alio. ꝛ q2 magis ei eſt ꝑportiōalis caliditas matris q̄

aeris vel alterius rei. ⁊ iõ incubant: ⁊ ſicut ſpũs exiſtẽs in matrice attrahit ad ſe ſpm̃ frigidũ vt cõſeruet: ita ẽt ſpũs ille gignitiu⁹ qui eſt in ouo attrahit aliũ frigidũ per poros teſte oui. qꝛ lʒ illa teſta ſit dura: eſt tñ rara in tm̃ ꝙ illa raritas ſufficit ad attrahendũ aerẽ. ⁊ cauſa hui⁹ dicta fuit a pñcipio libri ſupra. ¶ 2° oſtẽdit ſilitudinẽ q̃tum ad pñ^m mãle inter iſta. vnde cõueniunt in hoc. qꝛ ſicut in matrice requirit mã gñõnis fetus: ita ⁊ in ouo. nam vitellũ in ouo ꝓportionat ſanguini menſtruo ex quo generat puer: ⁊ ſicut in matrice eſt aliqd qꝺ eſt nutrimẽtũ pueri. ſ. aliq̃ portio ſãguinis mẽſtrui q̃ reſuat ex mã gñõnis: ita in ouo albumẽ eſt nutrimẽtũ auis ſm̃ Ypo. hic. ⁊ hoc eſt qꝺ dicit. fit aũt qꝺ eſt in ouo. i. auicula que oritur in ouo ex vitello oui. nutrimentũ aũt ⁊ augmentum eſt ex alio.

SEd dubitaret aliquis nõ immerito de eo quod videt dicere Ypo. ponit. n. ꝙ in ouo vitellũ ẽ ſicut mã auicule. albumẽ aũt ſicut nutrimentũ ei⁹. Sʒ ꝯriũ hui⁹ ponit Ar. ad lrãʒ in 3° de gñõne aialiũ. ſ. ꝙ gñãtio auis fit ex albumine ⁊ nutrimẽtũ eius eſt vitellũ. ⁊ ad ꝯriũ eius etiã eſt expſſe auct. Auic. in ſuo. 18. de aialibus qui cõcordat ad litterã cũ Ar. ⁊ ꝙ ita ſit declarat ibi Auic. per multas rõnes. vna eſt. qꝛ illud dʒ eſſe mã generationis auis qꝺ eſt magis digeſtũ: ſed albumẽ oui eſt magis digeſtũ q̃ vitellʒ. ideo ⁊c. Maior pʒ. qꝛ illud ex quo fit gñãtio dʒ eſſe purius q̃ ex quo nutrit. cũ nutrimentuʒ poſtea ſimilet ei. vñ ſicut in aialib⁹ aialificãtib⁹ illud qꝺ eſt purius in ſanguine mẽſtruo eſt mã gñõnis ⁊ reliquum eius minus purũ eſt eius nutrimẽtũ. ita etiã in ouificantibus. Minor appet ex multis que ponit ibi Auic. nã vitellum eſt magis groſſuʒ ⁊ terreſtre. albumen aũt eſt magis aereuʒ. ⁊ ideo videt eſſe magis digeſtum q̃ vitelluʒ. ⁊ iõ dicit ibi Auic. ꝙ vitelluʒ eſt magis ꝓportionale ſanguini mẽſtruo qui eſt nutrimẽtũ. albumen aũt eſt magis ꝓportionale mẽbris radicalib⁹. Aliud ſignũ: qꝛ albumẽ circũſtat vitellũ: ⁊ ideo dicit ꝙ vitellũ eſt pꝰus q̃ albumẽ. ⁊ tũc calidũ vergens in ipm̃ ſublimat qꝺ eſt leuius in ipſo ⁊ facit albũ ſtare in circuitu. ⁊ iõ dicit ꝙ vitellum ſtat in medio albuminis ſicut terra ſtat i medio aque ⁊ aeris adeo ꝙ ſi miſceret vitellũ cum albumine multũ ⁊ poneret in vegetem ⁊ decoqueret verteret vitellũ ad mediũ. h̃ oia ſunt vba Auic. ibi. ¶ Aliud ſignũ eſt. qꝛ aialiũ quedam emittũt ouũ pluriũ colorũ. quedã ſunt vni⁹ coloris: ita ꝙ in eis nõ diſtiguit albumẽ a vitello: ita ꝙ eſt totũ rubeũ: mõ aialia magis calida gñãt ouũ in quo diſtinguit albumen a vitello. aialia vero frigida ouantia faciũt ouum in quo nõ diſtinguit: ſed totũ apparet quaſi vitellũ. hoc aũt nõ eſſet niſi albumẽ calidius eſſet ⁊ magis digeſtũ q̃ vitellum. ¶ Aliud ſignũ eſt: qꝛ vt dicit Auic. qñ oritur auis hʒ circa caudã quiddã durũ in quo qñ auis egredit ouuʒ inuentũ eſt aliqd de vitello qꝺ eſt eius nutrimentũ: qꝛ nã ꝓuidit auibus ⁊ dedit eis duplicẽ vmbilicũ. vnũ qui tẽdit ad vitellũ oui: ⁊ aliũ q ad pelliculã oui alligat. mõ niſi vitellum cederet in nutrimentũ nõ eſſet reſeruatum in cauda vſq3 ad egreſſuʒ auis ex ouo. ex quib⁹ oib⁹ apparet ꝙ auicula generat ex albumine ⁊ nutrit ex vitello. quia albumen eſt magis calidũ ⁊ magis digeſtũ. ¶ Sed forte tu dices. videt ꝙ albumẽ oui ſit frigidũ: ⁊ per ꝯñs ꝙ non ſit mã gñõnis auicule cum ſit indigeſtũ. qꝛ Auic. ponit in cap. de eo qꝺ comedit ⁊ bibit. pmo canõ. fen 2ª. ꝙ albumẽ oui generat nutrimentũ frigidũ. ¶ Item hoc atteſtatur color albus quẽ hʒ. ¶ Dõm ꝙ poſſum⁹ loqui de ꝯne alicuius dupl'r. vno modo in ſe ſiue q̃tum ad mãm ad generationẽ aialis ordinatã. alio mõ inq̃tũ põt eſſe cibus hominis. mõ nõ eſt incõueniẽs ꝙ aliqua ſint calidiora in ſe quibuſdã aliis: ⁊ tñ erunt frigidiora inquãtũ ſunt cib⁹ hominis: ſicut oẽs plante ⁊ oia anialia ſunt calidiora in ſe q̃ mineralia. ⁊ aialia q̃ plãte. ⁊ tñ ſunt multa mineralia que plus calefaciunt q̃ plante. ⁊ multe plante que plus calefaciunt q̃ caro aialium comeſta. lʒ ergo albuʒ oui ſit in ſe calidũ: tñ reſpectu corporis hoĩs vt accipitur inquãtũ eſt cibus eius põt eſſe frigidũ. ⁊ h̃ mõ intelligebat ibi Auicẽ. nõ aũt pmo mõ. ⁊ ideo nõ valet. Nec valet etiã inſtãtia de colore albo. aleum. n. eſt albũ ⁊ cepe interius: ⁊ tñ ſunt calida. Quid ergo dicemus ad auct. Yyp. hic certe difficile eſt concordare ſic expreſſas diſcordias tantoꝝ viroꝝ: ⁊ turpiſſimũ eſſet dicere alterũ eorũ mentiri. ⁊ ideo dico ꝙ ad hoc põt dari duplex ſolutio. vna eſt. ꝙ in hac littera ẽ varietas. ſi conſtruat nõ ſicut iacet: ſed aliter: qꝛ fuit trãſpoſitio in textu: ⁊ ideo debʒ ſic legi: fit aũt quod eſt in ouo. i. auicula ex albo: nutrimentũ aũt ⁊ augmentũ eſt ex vitello. ⁊ tũc ceſſat cõtradictio. qꝛ cõcordat cũ dictis Ar. ⁊ poſſibile eſt etiã ꝙ Yppo. nõ habuit hanc intẽtionẽ. ⁊ iõ dicebat Ar. ꝙ decepti fuerũt quidã dicentes ꝙ albumen eſt ſicut lac. eo ꝙ aſſimilat lacti in colore: ⁊ ſicut lac eſt nutrimentũ ⁊ nõ mã fetus. ita credũt ꝙ eſſet albumen oui. neſcio tñ ſi ſic intellexit: tamẽ bona eſt cõcordia inter ipſos. ¶ Alio mõ põt reſponderi: ⁊ dici ꝙ Yppo. per h̃ verba nõ curauit plus hr̃e niſi vt oñderet ꝙ in ouo eſt aliqd ſicut mã ⁊ aliqd ſicut agens: ⁊ ꝙ mã eſt albumen ⁊ vitellũ oui non curauit diſtinguere ſubtiliter inter illas materias. ſ. vtꝝ albumen ſit mã gñõnis vel mã nutrimenti. ſed ſolũ ꝙ illa duo haberẽt rõnẽ mãe. qꝛ cum eadẽ ſit mã gñõnis ⁊ nutrimenti. qꝛ nutritio eſt pars gñãtionis. eadeʒ aũt eſt mã totius ⁊ partis: ideo ambo cedũt in partes mãleʒ auicule. ſʒ qꝛ Ar. voluit de his magis dearticulate loqui diſtinxit illa adinuiceʒ penes mãm gñãtionis ⁊ nutrimẽti. Yyp. aũt ſolũ fuit hic locutus exẽplariter. in exẽplis aũt nõ ſemp reqrit veritas. ¶ Deinde cuʒ dicit.

¶ Quãdo aũt deficit nutrimẽtũ auicule ex ouo nõ habẽs ſufficiens a quo viuat mouet fortiter in ouo appetens nutrimentũ plus: ⁊ pãniculi circũfrangunt: ⁊ qñ mater ſentit auiculaʒ moueri fortiter rũpens extrahit: ⁊ h̃ accidũt ſibi in .xx. dieb⁹. ⁊ manifeſtũ eſt ꝙ ita ſe hʒ. qñ. n. ſculpſit auis in cortice oui: nihil eſt humidũ qꝺ ſit dignũ rõne: cõſumptũ. n. eſt in auiculã.

¶ Hic oſtẽdit modũ egreſſiõis auis ex ouo vt per hoc aſſimilet partũ fetus humani ad exitũ auicule ex ouo. ⁊ littera ſatis patet. ¶ Deinde cum dicit.

¶ Ita aũt ⁊ puer qñ auget nõ amplius põt mater pbere nutrimẽtũ ſufficiẽs: appetẽs igit pl's nutrimentũ pñte embriõe calcitrãs frangit pãniculos. ⁊ ſolutũ a ligamẽto tẽdit pariter foras. h̃ fiunt in. x. menſib⁹ ad lõgiſſimũ. ⁊ ſm̃ hãc rõnem ⁊ beſtijs ⁊ feris part⁹ aduenit tpe in quo ſingulũ parit ad lõgi⁹. vnicuiq3. n. aialiũ neceſſe eſt tps eẽ in quo nutrimẽtũ rari⁹ eſt embrioni. ⁊ deficiet. ⁊ partus adeſt. Et que quidẽ hñt min⁹ nutrimentũ embriõib⁹ prius pariũt. q̃ ſ vo plus poſteri⁹. ⁊ h̃ qdẽ ad h̃ dicta ſunt a me.

¶ Hic adaptat ad ꝓpoſitũ ſimile pdictũ oſtẽdẽs ꝙ ſimili mõ ꝯtingit ꝙ partus fit ex defectu nutrimẽti in mr̃ice ſicut fiebat ex defectu huiditatis nutrimẽtalis in ouo: ⁊ littera plana eſt. ¶ Ad complete intelligendũ verbũ Yppo. eſt

aduertendū ꝙ cā quare diuerſificaꝰ partus in quibuſdā aīalibus: ita ꝙ quedā pariūt tardius ⁊ quedā citius p̄ncipaliter ſumiꝰ ex duob⁹ ſuper quoꝝ vno fundaꝰ rō Hyp. vnū eſt perfectio maioꝛ vel minoꝛ aīalis. qꝛ pluri tp̄e indiget nā ad perfectionē vni⁹ ꝗ̄ alterius. ⁊ qꝛ hō eſt aīal pfectum: iō mulier poꝛtat multo tp̄e re⁹ ſue quātitatis: qꝛ vł 7. vel. 9. vel. 10. menſib⁹. aīalia aūt alia que nō ſic ſunt pfecta nō tm̄ poꝛtāt: qꝛ nō requirunt tm̄ tēpoꝛis in ſua perfectione: tm̄ ſicut appet 2° de gnōne aīaliū. h nō eſt cā ſufficiens: ſed eſt cā coadiuuans ad diuerſitatem partus. alia aūt eſt cā potioꝛ. ſ. qꝛ aīalia magna multo tēpoꝛe poꝛtant. qꝛ multo tēpoꝛe indigent ꝓpter magnitudinē coꝛpoꝛis: ⁊ ideo elefas: qꝛ eſt valde magnus poꝛtat multo tēpoꝛe. ſ. duobus annis. eſt. n. qn̄ paritur ſicut quidā magnus vitulus: ſilr̄ equus: qꝛ eſt magni coꝛpoꝛis poꝛtat vno āno. homo aūt. 7. vel. 9. vel. 10. mēſibus. ⁊ ideo illa que multo indigent nutrimento ⁊ ip̄m hn̄t tardius pariūt ⁊ que pauco citius: ita ꝙ in oībus eſt verū ꝙ qn̄ deuentū eſt ad paucū nutrimentū ſic ꝙ nō ſufficit ei: tunc appetit exitum: ⁊ hoc eſt qḋ dicit: vnicuiqꝫ. n. animali neceſſe eſt eſſe tp̄s in quo cum nutrimentū eſt rarius. i. paucius ⁊ deficit embꝛioni partus adeſt ⁊c̄. Et tunc in fine epilogat dicens: ꝙ h etiaꝫ dicta ſunt ab eo: ⁊ per hoc innuit ſe fuiſſe pꝛopꝛium inuentoꝛem harum ſubtilitatum.

PUer aūt qn̄ circunfranguntꝰ pāniculi. ſiquidem vtiqꝫ in exitu ad caput facile parit mulier. ſi aūt ſm̄ latus aut ſꝫ pedes egrediꝰ. fit. n. hoc ſi ita egreſſus accidat. factus aūt ab amplitudine matricū ⁊ ſi mater in doloꝛe nō quieſcat. pꝛimuꝫ aūt ⁊ ſi ita egrediꝰ difficulter pariet mulier. multe vtiqꝫ aut ipſe deſtructe ſunt aut pueri aut ſimul. parientes aūt mulieres maxime dolēt que pꝛimo pariūt ꝓpter inexperientiā doloꝝ.

